AUTHOR:

WUNDERER, CARL

TITLE:

CONIECTURAE POLYBIANAE...

PLACE:

ERLANGAE

DATE:

1885

Master Negative #
93-81613-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88P77
DZ8 Wunderer, Carl
v.4 Coniecturae Polybianae, dissertatio inauguralis quam ... scripsit Carolus Wunderer. Erlangae, typis Jungii, 1885.
39 p. 22 cm.

Thesis, Erlangen.

Volume of pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 7/27/93 INITIALS BAP
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

CONIECTURAE POLYBIANAE.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE ERLANGENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLUS WUNDERER.

ERLANGAE.

TYPIS JUNGII ET FILII.

MDCCCLXXXV.

Coniecturas Polybianas

scripsit

Carolus Wunderer.

Quamquam historiae Polybii saepe a doctissimis hominibus editae sunt, tamen plerique in eo maxime peccaverunt, quod illius genus dicendi ad optimos Graecorum scriptores revocaverunt neque satis diligenter discrimen spectaverunt temporum et rationum, quod intercedit inter priores et Polybium; omnino sermonem eius penitus cognoscere non studuerunt. Hultschii demum opera ea facta est editio, qua subtilior verborum pervestigatio niteretur. Sed ne hic quidem, tametsi optime de libris Polybii meritus est, in omnibus rebus constanter hanc legem supremam persecutus est, ut Polybius e Polybio explanandus esset. Quam ad normam recentissimis temporibus Kaelkerus [1]) et Stichius [2]) rem criticam quam maxime dirigendam esse luculenter demonstraverunt et multas dictiones, quae, etsi ab optimis codicibus traduntur, ab editoribus repudiatae sunt, ut Polybii proprias probaverunt. Qua ratione ut genuina forma scriptoris magis magisque restitueretur, etiam huic disputationi propositum est.

De codicum quidem dignitate saepius et fusius ab editoribus disputatum est, sed equidem hanc disceptationem discernere non audeo, priusquam loci ad statuendum quendam codicum ordinem maxime necessarii in codice Vaticano (M) et Urbinate (F) denuo collati sint. Itaque in hac re me applicavi ad Hultschium, cuius editione (IV voll. Berolini 1867—72) etiam in significandis notis codicum usus sum.

---

1) Quaestiones de elocutione Polybiana, Leipziger Studien III. Bd. 2. Heft, Lpz. 1880.

2) De Polybii dicendi genere, acta Sem. Erlang. II. 141—211.

*

Postremo summas gratias ago professoribus reverendissimis E. Woelfflino, quod me in privatis scholis ad hunc scriptorem tractandum incitavit, et Iwano Muellero, quod in elaborando libello amicissime me adiuvit.

Disputationem autem ita institui, ut primum de coniecturis priorum editorum et criticorum disputans inprimis eas refellerem, quae ab Hultschio in editionem receptae sunt, deinde nonnullas meas ipsius coniecturas proferrem.

Casaubonus anno 1609 Polybii historiarum emendationem Parisiis emisit. Cuius opera quamquam textus Polybiani correctio magnos progressus fecit, tamen nonnullae coniecturae, quas posteriores editores amplexi sunt, non probandae esse videntur.

5, 99, 5 narratur de incursionibus, quas Achaei in Macedoniam faciunt. Omnes codices praebent: πολλάκις γὰρ ἐποιοῦντο τὰς καταδρομὰς ὡς ἐπὶ τὸ καλούμενον Ἀμυρικὸν πεδίον. Casaubonus ὡς in ἕως mutavit, quod ab Hultschio comprobatur. Hos auctores sequitur Krebsius (Die Praepositionen bei Polybius Würzb. 1882 p. 19), qui etiam duobus aliis locis contra fidem codicum ὡς ex ἕως depravatum putat. Tametsi non infitior plerumque apud Polybium ἕως significare dimensionem ita, ut res usque ad illum locum, quem petit, pertineat, ὡς autem tantummodo directionem quandam, tamen scriptor duarum vocum vim saepius commiscuit, quam ut uno vel altero loco lectionem codd. in dubium vocare nobis liceat; 2, 14, 11 ἀπὸ πόλεως Σήνης ὡς ἐπὶ τὸν μυχόν; 3, 47, 4 ἀπὸ Μασσαλίας ὡς ἐπὶ τὸν τοῦ παντὸς Ἀδρία μυχόν; illo loco Hultschius, utroque loco Krebsius substituit ἕως. At alia exempla inveniuntur, quae usum voculae ὡς confirmant: 1, 19, 4 ὡς εἰς τὸν χάρακα συνεδίωξαν optimi codd. AR; altera manus codicis E ἕως correxit. 2, 17, 7 μετὰ δὲ τούτους Βοῖοι κατῴκησαν, ἑξῆς δὲ τούτων ὡς πρὸς τὸν Ἀδρίαν Λίγγωνες; 2, 25, 6 ποιησάμενοι τὴν ἀποχώρησιν ὡς ἐπὶ πόλιν Φαισόλαν αὐτοῦ παρενέβαλον, quod est ‘usque ad Faesulas’; 9, 41, 9 ἀπὸ δὲ τῆς παρεμβολῆς ὡς πρὸς τὰς χελώνας τὰς χωστρίδας πεποίηντο σύριγγες. Ex his exemplis apparet illam coniecturam Casauboni ἕως pro ὡς ponentis non necessariam esse.

15, 20, 5 ἐκείνοις μὲν ἐπέθηκε (sc. τύχη) . . δίκην, τοῖς δ' ἐπιγενομένοις ἐξέθηκε κάλλιστον ὑπόδειγμα πρὸς ἀνόρθωσιν τὸν τῶν προειρημένων βασιλέων παραδειγματισμόν; hanc scripturam habent FS. Cum ἀνόρθωσις ferri non possit, Casaubonus

lectionem nunc vulgatam ἐπανόρθωσιν proposuit, quae quidem sermoni Polybiano accommodata est: 1, 35, 1 πρὸς ἐπανόρθωσιν τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου; 15, 21, 7 τῆς ἐξ ἀλλήλων ἐπανορθώσεως. Sed mea quidem sententia ἀνόρθωσιν multo facilius ex διόρθωσιν exoriri potuit, qua de re non dubitabis, si verba litteris maiusculis scripta cogitaveris. Et ipse usus Polybii hanc commutationem magis commendat; scriptor enim de historiae utilitate, quae in moribus hominum corrigendis cernatur, disputans pluribus locis vocabulum διόρθωσις usurpat quam ἐπανόρθωσις. Huic loco simillimus est 7, 12, 2 δοκεῖ γὰρ τοῖς βουλομένοις . . περιποιεῖσθαι τὴν ἐκ τῆς ἱστορίας διόρθωσιν ἐναργέστατον εἶναι τοῦτο παράδειγμα; 1, 35, 6 ἐγὼ δὲ τούτων ἐπεμνήσθην χάριν τῆς τῶν ἐντυγχανόντων τοῖς ὑπομνήμασι διορθώσεως; et paulo post 1, 35, 8 ἐπεὶ (ὁ διὰ τῶν ἰδίων συμπτωμάτων τρόπος) μετὰ μεγάλων πόνων καὶ κινδύνων ποιεῖ τὴν διόρθωσιν; διορθοῦν τῶν ἐντυγχανόντων τὴν ἄγνοιαν scriptoribus propositum esse multis locis dicit. Quamquam si codices praeberent ἐπανόρθωσιν, non offenderem; nunc autem, quia ἀνόρθωσιν praebent, coniectura Casauboni minus habet probabilitatis.

2, 47, 4 προορώμενος Ἄρατος τὸ μέλλον καὶ δεδιὼς τήν τε τῶν Αἰτωλῶν ἀπόνοιαν καὶ τόλμαν. Ita Casaubono auctore vulgo editur, quamquam codices ἐπίνοιαν tradunt, optimam lectionem, quam recipi velim. ἀπόνοια enim est temeritas eorum, qui ad desperationem adducti sunt, velut eorum, qui obsidentur vel de salute pugnant; sed hoc loco quid est, quod Aratum cura ac sollicitudine quadam de Aetolis afficit? apparet ex alio loco 49, 2 ὡς Αἰτωλοι καὶ Κλεομένης κρατήσαντες τούτων οὐκ εὐδοκήσουσιν οὐδὲ μὴ μείνωσιν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων . . τήν τε γὰρ Αἰτωλῶν πλεονεξίαν οὐχ οἷον τοῖς Πελοποννησίων ὅροις εὐδοκῆσαί ποτ' ἂν περιληφθεῖσαν ἀλλ' οὐδὲ τοῖς τῆς Ἑλλάδος. Ad hanc sententiam vocabulum ἐπίνοια maxime quadrat et cum τόλμα coniungitur ita, ut oriatur figura illa, quam grammatici ἓν διὰ δυοῖν nominant: kühne Anschläge; cf. similia 9, 9, 10 ἀσφαλῆ μὲν τὴν τόλμαν, θαυμασίαν δὲ τὴν ἐπίνοιαν sc. ἔχει; 9, 24, 7 πρὸς μὲν τὸ τόλμημα καὶ τὸ πρακτικὸν τῆς ἐπινοίας; 22, 22, 2 ἀνδρωδεστέραν εἶχεν ἢ κατ' εὐνοῦχον τόλμαν και προαίρεσιν.

Post Casaubonum Polybio emendando operam navavit Scaligerus, qui ad marginem editionis Hervagianae coniecturas adscripsit.

16, 23, 5 διὰ τῆς τῶν εἰσαγομένων ἐνεργείας μιμνησκόμενοι τῶν προγεγονότων κινδύνων FS. Scaligerus lectionem codicum repudians coniecit ἐναργείας, quod Hultschius in editionem recepit. Sed Schweighaeuserus traditam scripturam tenendam putat; cfr. lexicon Polyb. sub voce ἐνέργεια. Quorum verborum qualis sit vis atque sententia, subtilius inquirere opus est, quod ita complures coniecturas reicere possumus. Vocem ἐνάργεια Cicero et Quintilianus (cf. Bonnell. Lex. p. 979) evidentiam et illustrationem interpretantur et intellegunt perspicuitatem orationis; Pol. 3, 111, 3 πάντων δὲ τὸ ῥηθὲν ἐπισημηναμένων διὰ τὴν ἐνάργειαν; alibi ea perspicuitas valet, qua aliqua res nobis in conspectum venit; alia notio vocabulo ἐνάργεια non continetur neque ei obtrudenda est. Ἐνέργεια autem, quam ab Aristotele voci ἕξις opponi constat, significat actionem et vigorem, qui inest alicui rei, vel efficacitatem et vim, quam adhibet aliis rebus; huius significationis exempla sunt: 8, 9, 2 κατὰ τὴν τῶν βελῶν ἐνέργειαν; 18, 30, 10 πρὸς τὴν τῶν μαχαιρῶν ἐνέργειαν. 1, 4, 7 usurpat Polybius vocem de spiritu et vita vitali, qua movetur corpus animans ὡς ἂν εἴ τινες ἐμψύχου καὶ καλοῦ σώματος γεγονότος διερριμένα τὰ μέρη θεώμενοι νομίζοιεν ἱκανῶς αὐτόπται γίνεσθαι τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ τοῦ ζῴου καὶ καλλονῆς. Similem locum inveni 12, 25 h, 3 παραπλήσιός ἐστι τοῖς ζωγράφοις τοῖς ἀπὸ τῶν ἀνασεσαγμένων θυλάκων ποιουμένοις τὰς ὑπογραφάς· καὶ γὰρ ἐπ᾽ ἐκείνων ἡ μὲν ἐκτὸς ἐνίοτε γραμμὴ σῴζεται, τὸ δὲ τῆς ἐμφάσεως καὶ τῆς ἐνεργείας τῶν ἀληθινῶν ζῴων ἄπεστιν M. Hu. pro codicum scriptura lectionem Didotianam probavit ἐναργείας; sed vocabulum ἐνεργείας restituendum esse non modo luculentissimo documento est res ipsa, perspicuitas enim mortuorum et animantium animalium eadem est, et quod modo attuli exemplum, sed etiam locus, quo ἔμφασις alio vocabulo explicatur 32, 7, 9 ἐκ τῆς τῶν ὀμμάτων ἐμφάσεως καὶ κινήσεως. Eodem modo 34, 4, 2 τῆς μὲν οὖν ἱστορίας ἀλήθειαν εἶναι τέλος . ., τῆς δὲ διαθέσεως ἐνέργειαν εἶναι τὸ τέλος ὡς ὅταν μαχομένους εἰσάγῃ, μύθου δὲ ἡδονὴν καὶ ἔκπληξιν, ubi Polybius historiae finem esse veritatem, rhetoricae artis orationem plenam vigoris et spiritus, tragoediarum autem esse animos hominum et perturbare et delectare ait, codicum scriptura maxime tenenda est neque coniectura Xylandri laudanda; historia enim ἐνάργειαν non minus desiderat quam omne genus dicendi; deinde otiosa essent verba addita ὡς ὅταν μαχομένους

εἰσάγῃ, si nihil nisi ἐνάργεια propositum esset arti rhetoricae. — Sed ἐνέργεια ut efficiendi notionem habet, ita etiam declarat rem effectam et actu exsistentem, de qua significatione recte Schweighaeuserus in lexico disseruit. 6, 15, 8 θριάμβους, δι᾽ ὧν ὑπὸ τὴν ὄψιν ἄγεται τοῖς πολίταις ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἡ τῶν κατειργασμένων πραγμάτων ἐνέργεια, quod nostro sermone interpretamur: Die Wirklichkeit der ausgeführten Thaten wird ihnen lebendig vor Augen gestellt. Hu. non recte scripturam codicis F recepit, cui apta sententia subici non potest. Illam autem interpretationem confirmat Polybius ipse, cum de imaginibus maiorum dicat 6, 53, 10 τὸ γὰρ τὰς τῶν ἐπ᾽ ἀρετῇ δεδοξασμένων ἀνδρῶν εἰκόνας ἰδεῖν ὁμοῦ πάσας οἱονεὶ ζώσας καὶ πεπνυμένας. 4, 17, 2 scriptor narrat Aristonem verbis quidem profiteri pacem, re autem ipsa bellum gerere, ὅταν ὑπολαμβάνῃ τοῖς λόγοις ἐπικρύψασθαι τὰς τῶν πραγμάτων ἐνεργείας AB, ubi deteriores codices ἐναργείας praebent. Qua distinctione verborum constituta facile cognosci potest, Scaligerum illo loco, quem supra vocavimus (16, 23, 5), codicibus male fidem non tribuisse. Haec enim est sententia orationis: 'de quorum atrocitate et impetu ad illud tempus fama audiverant, eos tum reapse suis ipsorum oculis intueri poterant.'

Deinde Valesius et Gronovius Polybii librorum novas editiones composuerunt, sed de iis nihil est, quod disputemus. Iacobus Reiske volumine quarto animadversionum ad Graecos auctores Polybii reliquias pertractavit et de scriptoris emendatione unus omnium optime meritus est; sed nonnullis locis ab usu Polybiano aberrare mihi videtur. 3, 83, 7 ἐπὶ τὴν ἑωθινήν et 3, 41, 2 ἐπὶ τὴν ὡραίαν. Hanc scripturam codicum reiecit et utroque loco ὑπὸ scripsit. Sed nihil immutandum est; non modo Thucydides ἐπὶ τὴν ἕω utitur, sed etiam e Polybio ipso praeter illos locos duo exempla inveni: 10, 8, 7 ἐπὶ δείλην ὀψίαν et 16, 18, 5 ἐπὶ μὲν τὴν ἑωθινήν, ubi Hu. contra codices ὑπὸ τὴν ἑωθινήν correxit. Apparet hos locos inter se documento esse neque unum vel alterum corrigi posse. Krebsii igitur sententiae pg. 94 „Aeusserst selten nähert sich ἐπὶ der Bedeutung von ὑπὸ c. acc.; nur ein Beispiel dieser Art ist bei Polybius vorhanden 10, 8, 8“ non assentior.

4, 32, 1 οἱ δὲ τῶν Μεσσηνίων προεστῶτες, ὀλιγαρχικοὶ καὶ στοχαζόμενοι τοῦ παραυτὰ κατ᾽ ἰδίαν λυσιτελοῦς, φιλοτιμότερον τοῦ δέοντος ἀεὶ διέκειντο πρὸς τὴν εἰρήνην. Ita codices.

Reiskius autem l. l. p. 319 addit ante ὀλιγαρχικοὶ participium ὄντες, qua in scriptura Hultschius eum sequitur. De coniunctione participii cum adiectivo vel substantivo Kuehnerus Gr. gr. II §. 491 haec docet: „Wenn neben dem Particip ein Adjektiv oder Substantiv steht, so wird dem letzteren zwar gewöhnlich das Particip ὤν hinzugefügt, doch auch nicht selten weggelassen, indem die in dem Particip liegende Kopula gleichsam auf das Adjektiv mit übergeht . . . Herod. I, 60 μέγαθος ἀπὸ τεσσέρων πηχέων ἀπολείπουσα τρεῖς δακτύλους καὶ ἄλλως εὐειδὴς (sc. οὖσα). Thuc. 3, 69 αἱ νῆες . . . πρὸς τῇ Κρήτῃ χειμασθεῖσαι καὶ ἀπ᾽ αὐτῆς σποράδες (sc. οὖσαι) πρὸς τὴν Πελοπόννησον κατηνέχθησαν"; altero quidem loco Stahl et Classen καὶ secluserant, sed codices praebent hanc particulam. Quodsi hanc libertatem optimi scriptores admittunt, eo minus offendimus, si eandem apud posteriores deprehendimus. Duo exempla in Polybii ipsius libris inveniuntur: 10, 33, 4 ἀκεραίου μὲν γὰρ (sc. ὄντος) καὶ σῳζομένου τοῦ προεστῶτος; 14, 5, 7 αἱ δίοδοι πλήρεις ἦσαν ἵππων ὑποζυγίων ἀνδρῶν τῶν μὲν ἡμιθνήτων (sc. ὄντων) καὶ διεφθαρμένων . . τῶν δὲ ἐξεπτοημένων καὶ παρεστώτων ταῖς διανοίαις. — 6, 23, 11 ἐπὶ τοσοῦτον καὶ τοσαύτην πρόνοιαν ποιοῦνται τῆς ἐνδέσεως sc. Ῥωμαῖοι, quo loco de hasta eiusque revinctione narrat Polybius. Reiskius l. l. p. 450 ἐπὶ τοσοῦτον καὶ τοιαύτην proposuit, quod iterationem eiusdem pronominis scriptoris non propriam esse putare videtur. Auctores quidem Graecitatis optimi frequentissime coniunctione utuntur τοιοῦτος καὶ τοσοῦτος et ipse Polybius 5, 65, 11 (ἡ δύναμις) τοσαύτη καὶ τοιαύτη τις ἦν; 12, 26 b, 4 τοσούτους ἐκτείνει λόγους καὶ τοιαύτην ποιεῖται σπουδήν, ubi Cobetus τοσαύτην correxit, quod non est necessarium. Sed nonne iidem illi usurpant τόσα καὶ τόσα? Hunc usum Polybius amplificavit sive ad vim sententiae augendam sive ad circuitum verborum conficiendum; cf. Fr. Kaelkeri quaestt. de elocutione Polyb. p. 272. 1, 37, 1 τηλικούτῳ περιέπεσον χειμῶνι καὶ τηλικαύταις συμφοραῖς; 1, 63, 4 ἐπὶ τοιούτοις καὶ τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος (sc. πόλεμος); 2, 31, 7 οὕτω καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ; 4, 18, 1 τοιᾷδέ τινι τόλμῃ καὶ τοιούτῳ τρόπῳ; 5, 4, 3 ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς περὶ ταῦτα καὶ πρὸς τούτοις ἦν; 12, 26 c, 2 τοιαύταις χρῶνται παραδοξολογίαις καὶ τοιαύτας εὐποροῦσι πιθανότητας; 31, 24, 3 τοσαύτη τις ἀκολασία καὶ τηλικαύτη. Itaque locus 6, 23, 11 nequaquam corrigendus est, praesertim cum scriptor consulto huic rei parvae grave momentum addere velit.

Summa enim admiratione institutorum Romanorum imbutus aequalibus demonstrat Romanos vel minutissimae rei, quae est ἔνδεσις, maximam operam dedisse. — 12, 2, 2 μικρὸν βαθύτερον codices tradunt; accusativum μικρὸν Reiskius et Schweighaeuserus in dubium vocantes mutaverunt in μικρῷ. At optimi scriptores passim accusativum ponunt πολὺ μείζων, ὀλίγον πρότερον, Plato Phil. p. 42 A σμικρὸν ἔμπροσθε. Posteriores, inprimis Polybius, magis magisque accusativum comparativo adiungunt: 2, 60, 6 μικρὸν ἐπικυδεστέρας ἔσχε τὰς ἐλπίδας; 6, 26, 12 μικρὸν ἐπιμελέστερον; 12, 23, 3 πολὺ γὰρ ἂν δικαιότερον. — 21, 26, 4 quaeritur de urbe Ambracia: εὐφυῶς αὐτὴν κεῖσθαι πρὸς πολιορκίαν (καὶ γὰρ ἄφθονον ἔχειν τὴν χώραν εἰς χρείαν πρὸς τὰς ἔργων παρασκευὰς καὶ τὸν Ἄρατθον ποταμὸν ῥέοντα παρὰ τὴν πόλιν συνεργήσειν . . . . πρὸς τὴν τῶν ἔργων ἀσφάλειαν). Ita omnes codices; sed εἰς χρείαν est mendosum. Reiskius l. l. p. 653 correxit εὐκαιρίαν; quae vox duplicem intellectum habet, et opportuni situs et opulentiae vel felicitatis vel commoditatis. Utra sententia in εὐκαιρίᾳ hic subintellegenda sit, dubium esse non potest. At opportunitati loci neque adiectivum ἄφθονος convenit, neque εὐκαιρία ad contextum verborum accommodata est, quia praecedentibus verbis εὐφυῶς αὐτὴν κεῖσθαι idem significatur, quod εὐκαιρίᾳ. Schweighaeuserus proponit εὐχέρειαν, sed ipse dubitanter. Mea quidem sententia hoc loco restituendum est vocabulum χορηγίαν; quae coniectura non modo cum usu Polybii maxime congruit: 3, 49, 11 ἀφθόνως ἐχορήγησε τὸ στρατόπεδον; 3, 52, 7 χορηγούντων ἀφθόνως; 3, 90, 2 ἔχων δὲ κατὰ νώτου τὰς χορηγίας ἀφθόνους; 3, 97, 3 περιποιησάμενοι χορηγίας ἀφθόνους, sed etiam sententiarum ratione commendatur. Nam χορηγία nominatur materies, quae ad valla vel propugnacula exstruenda e propinquis locis affertur: 3, 17, 7 εὐπορήσειν μὲν χορηγιῶν αὐτὸς ὑπελάμβανε πρὸς τὰς ἐπιβολάς; 9, 41, 10 ἐν ὀλίγαις δὲ τελέως ἡμέραις συνέβη καὶ τὴν τῶν ἔργων ἐπιτελεσθῆναι συντέλειαν διὰ τὸ τὴν χώραν ἀφθόνους ἔχειν τὰς εἰς τοῦτο τὸ μέρος χορηγίας; Diodor. 1, 64 παρασχόμενος τὰς εἰς ταῦτα (pyramides) χορηγίας. Praepositionem εἰς librarii addidisse videntur, quia χρείαν nullo alio modo ferre poterant. Nostram autem coniecturam καὶ γὰρ ἄφθονον ἔχειν τὴν χώραν χορηγίαν πρὸς τὰς τῶν ἔργων παρασκευὰς non longe a scriptura Polybii aberrare apparet e verbis Livii, qui illum locum saepe ad verbum transtulit,

velut 38, 3, 10: oppugnationem fore haud difficilem; nam et copiam in propinquo materiae ad aggeres excitandos et cetera opera esse.

24, 12, 9 *τετηρηκέναι τὴν πίστιν ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις καιροῖς, ἐξ οὗ τὰ Ῥωμαίων εἵλοντο* OU. Reiskius monet *ἐπισφαλεστάτοις* esse scribendum. Quamquam nulla coniectura facilior et aptior esse videtur, tamen non est, quamobrem codicum lectionem reprobemus. *καιρῷ* enim h. l. vis subest temporis difficillimi vel discriminis: 4, 46, 5 *οἱ περιεστῶτες καιροί*, praesentia pericula; 9, 38, 1 *τὸν ἐπιφερόμενον καιρόν*, imminens periculum. Similem in modum Romani usurpant 'tempora' pro discriminibus, ut eandem vim, quam Latine gravissima tempora, Graece habeant *καιροὶ μέγιστοι* vel *ἐπιφανέστατοι* „Die wichtigsten oder kritischen Zeitpunkte." Xen. Hell. 6, 5, 33 *ὡς ἀεί ποτε ἀλλήλοις ἐν τοῖς μεγίστοις καιροῖς παρίσταντο ἐπ᾽ ἀγαθοῖς*. Praeterea confer de usu vocis *ἐπιφανής* haec exempla: 6, 44, 7 *διαφυγόντες τὰ μέγιστα πελάγη καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους χειμῶνας;* 8, 37, 3 *πρὸς τὴν ἀνάβασιν καὶ τὸν ἐπιφανέστατον καὶ πρῶτον κίνδυνον.*

In Schweighaeuseri editionem saepius sermo incidet. Itaque hoc loco de una tantum coniectura disputare placet, qua quidem, quantum Polybiana elocutio a prioribus distet, perspici potest. 7, 17, 6 *προσῆγε τὴν δύναμιν καὶ προσέβαλε πρὸς τὰς ἐπὶ θάτερα πύλας κειμένας*. Schweighaeuseri scripturam *προῆγε* Hultschius in textum recepit, non recte mea quidem sententia. Quamquam enim non infitior notiones militares vocum *προάγειν* et *προσάγειν* parum plane discerni posse neque quidquam facilius a librariis neglegi, tamen, ni optimis codicibus fides habeatur, vereor, ne numerus coniecturarum nimis magnus sit. 3, 50, 8 *ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν προῆγεν ἐμφανῶς;* sed 3, 66, 1 *ἀναζεύξας προσῆγε διὰ τῶν πεδίων ἐπὶ τὴν τοῦ Πάδου γέφυραν;* 2, 27, 1 *προσῆγε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Ῥώμην*; 4, 69, 6 *ἅμα δὲ τῷ προσάγοντας αὐτοῖς τοὺς Μακεδόνας συνεγγὺς γενέσθαι;* 4, 80, 3 *αὐτοῦ προσάγοντος εἰς τὸ Λέπρεον*; auctoritatem optimorum codicum neglegens Hu. e deterioribus *προάγοντος* recepit, cum niteretur in loco 2, 65, 1, ubi omnes codices praeter Regium *προσῆγε μετὰ τῶν συμμάχων εἰς τὴν Λακωνικὴν* praebent; 5, 51, 2 *προσῆγεν εἰς Λίββαν* AB; optima scriptura retinenda est; 5, 48, 2 *προσάγων ἀκονιτὶ κατεστρέφετο;* 10, 39, 6 *οὐ μόνον ἐπέβησαν ἀσφαλῶς ἐπὶ τὴν ὀφρύν, ἀλλὰ καὶ προσάγοντες ἔτι*, ubi facile e praecedente sententia *ἐπὶ τὴν ὀφρύν* addas; sed tamen Scaligerus *προάγοντες* proposuit; 11, 1, 2 *διὰ τὸ θεωρεῖν τοὺς πολεμίους ἐκτεταγμένους καὶ προσάγοντας;* 14, 10, 1 *προσῆγον ἐπὶ θάλασσαν* FS, quod Casaubonus falso correxit in *προῆγον;* 31, 26, 5 *ἕως Σίδης προσαγαγόντες*; 21, 6, 6 *προσῆγε πρὸς τὴν πόλιν*; 31, 22, 5 *προσάγειν . . . εἰς τὰς Ἀναγγείας*; 33, 11, 3 *προσαγαγὼν τὴν στρατιὰν . . . πρὸς τὴν Αἴγιναν.*

Ad Im. Bekkerum transeo, qui Polybii libros a. 1844 recognovit; multa praeclare emendavit, sed qui erat optimae Graecitatis peritissimus, sermonem Polybii proprium et a principibus diversum non omnibus locis perspexit, maxime in particulis coniunctionis quae dicuntur negativae. 4, 12, 2 *οὔτε κατιδόντες καλῶς τὸ γινόμενον οὐδ᾽ ἐκλογισάμενοι δεόντως τὸ μετὰ ταῦτα συμβησόμενον.* Bekker coniecit *οὔτ᾽ ἐκλογισάμενοι;* 14, 8, 9 *οὔτε γὰρ φεύγοντες ἐλπίδα σωτηρίας εἶχον, . . . οὐδὲ ζωγρίᾳ κρατηθέντες*; Bekk. *οὔτε ζωγρίᾳ*; 18, 25, 6 *οὐδὲ τὸν παραγγελοῦντα ἔχοντες οὔτε συστῆναι δυνάμενοι*; Bekk. *οὔτε*; 27, 15, 12 *πέρα δὲ τούτου μηδὲ προστρέχειν ἀγεννῶς μήθ᾽ ὑπηρετεῖν;* Bekk. *μήτε.* 32, 10, 3 *οὐδὲ γὰρ καταγινώσκων οὔτε παραπέμπων*; Bekk. *οὔτε γάρ.* 32, 10, 2 *μηδὲ λέγε ταῦτα μήδ᾽ ἐν τῷ λάμβανε τὸ παράπαν*; Bekk. *μήτε — μήτ᾽*. Hic tantus numerus coniecturarum, ut haud parvam affert dubitationem, ita nos ad rem subtilius inquirendam adducit. Kuehnerus de optimorum scriptorum usu haec docet (Gr. gr. II pg. 829, c): „*οὐδὲ — οὔτε,* indem das erste Glied durch *οὐδὲ* mit dem vorhergehenden verknüpft wird." Pg. 830, g „*οὔτε — οὐδὲ (οὐδ᾽ αὖ, οὐδὲ μὴν)* weder — noch auch, wenn das zweite Glied zu dem ersten in dem Verhältnis eines Gegensatzes als Steigerung steht." Praeterea invenimus apud optimos auctores Graecae dictionis has coniunctiones: *οὔτε — τε — οὔτε — οὔτε; οὔτε — οὐ — οὔτε; οὔτε — οὔτε — οὐ — οὐδέ.* Quodsi illos magna libertate et varietate in his particulis usos esse apparet, quanto liberiores Polybius aliique posteriores fuisse putandi sunt in formulis usurpandis, quarum magis magisque crebro usu amissa distinctio est? Formulae autem *οὔτε — οὐδὲ* exempla e Polybio ipso haec afferri possunt: 10, 26, 7 *οὔτ᾽ ἀγαθὰ μείζω τις σχοίη . . οὐδὲ κακά.* Dindorfius *οὔτε* coniecit, quamquam codices *οὐδὲ* praebent. 13, 3, 3 *οὔτε λαμπρὸν οὐδὲ μὴν βέβαιον εἶναι.* Sed etiam ex ipsa sententiae ratione scriptura codicum

intellegi potest; neque enim in utroque loco 4, 12, 2 et 14, 8, 9 altera pars enuntiati alteri contraria est, sed auget et cumulat sententiam. Copulationem *οὐδὲ — οὔτε*, quae illis locis, quos supra attulimus, Kuehneri explicatione tenetur, ostendit etiam hoc exemplum, siquidem codicum scripturam, non Coraem sequimur, 34, 6, 2 *οὐδὲ τὴν παραλίαν ἐκμετροῦντι οὔτε τὴν διὰ μέσου τοῦ πελάγους*. 32, 10, 2 *μὴ πρὸς θεῶν, Σκιπίων, μηδὲ λέγε ταῦτα μήδ' ἐν νῷ λάμβανε τὸ παράπαν;* ita legimus in omnibus codicibus. Bekk. coniecit *μήτε — μήτε* non intellegens scriptorem ex sua ipsius vita hoc loco aliquid narrare sermone familiari et vulgari, cuius vim illa coniectura elevat; cf. Plat. Rep. p. 391 C *μὴ τοίνυν μηδὲ τάδε πειθώμεθα μηδ' ἐῶμεν λέγειν;* Kuehn. l. l. p. 833, 2. — Nonnulla addenda sunt de aliis coniunctionibus negativis, quae dicuntur summativae. 37, 1, 16 *οὐ γὰρ εἰς τοὺς θεοὺς οὔτ' εἰς τοὺς γονεῖς οὐδ' εἰς τοὺς τεθνεῶτας ἐξαμαρτάνειν* praebet codex M, quod Hultschius in *οὔτε — οὔτ' — οὔτ'* convertit; at vide Kuehn. l. l. p. 829, d; Herod. 1, 138 *οὔτε — οὔτε — οὐ — οὐδέ*. Polyb. 1, 14, 7 *οὔτε — οὔτε — οὔτε δὲ*; 1, 50, 1 *οὐκ εἴκοντας οὔτε καταπεπληγμένους;* Hu. *οὔτ' εἴκοντας*; 18, 11, 6 *οὔτε — οὔτε — οὐδὲ μὴν — οὐδέ*. 37, 1, 17 *καὶ μὴν οὐδὲ νόμους οὐδ' ἐθισμοὺς οὐδὲ τὴν κατ' ἰδίαν πίστιν* M; Hultschius commutavit in *οὔτε — οὔτ' — οὔτε*. at cf. 1, 71, 6 *καὶ μὴν οὐδὲ χορηγιῶν διάθεσις οὐδὲ φίλων οὐδὲ συμμάχων . . . . ἐλπὶς οὐδ' ἡτισοῦν ὑπῆρχεν;* 10, 8, 6 *καὶ μὴν οὐδὲ τὴν θέσιν τῆς Καρχηδόνος οὐδὲ τὴν κατασκευὴν οὐδὲ τὴν τῆς περιεχούσης λίμνης διάθεσιν ἠγνόει.*

L. Dindorfius protulit proximam editionem, quae non tam palmaribus coniecturis est insignis, quam quod lectionem scriptoris expeditiorem fecit. Illius sententiam, qua censebat relativum *οὗ* post *ἕως* omnibus locis, etiam ubi hiatum non faceret, esse removendum, refutaverunt Kaelkerus de el. Pol. pg. 255 et Krebsius, Die präpositionsartigen Adverbien pg. 29—30. Recte hic defendit locum 15, 33, 9 *ἕως ὅτου κατελώβησαν πάντας αὐτούς,* ubi Dind. *ὅτου* reiecit. Diodorus, auctores novi Testamenti, alii illam amplificatam formulam usurpant; cf. Grimm, Lex. Graeco-Latin. p. 187². Praeter coniunctiones *ἕως, ἕως οὗ, ἕως ὅτου* invenimus 20, 12, 2 *μέχρις ὅτε μυωπίσας ἑαυτὸν . . . . ἐθάρρησε,* quo loco coniectura Hultschii *μέχρι ποτὲ* non necessaria est.

5, 5, 7 *ἐξ οὗ δῆλον ἦν, ὡς ὁ μὲν Φίλιππος . . . . συγκλεισθεὶς ἀναγκασθήσεται τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ θέρους ἄπρακτος μένειν, οἱ δὲ Αἰτωλοὶ τὴν Θεσσαλίαν . . . ἐπιπορευόμενοι κατασύρουσι καὶ πορθοῦσι πᾶσαν ἀδεῶς*; ita codices. Scal. *κατασυροῦσι καὶ πορθήσουσι.* Sed haec coniectura abhorret a sententia; ne optimi scriptores quidem verentur praesens et futurum in eodem enuntiato coniungere, praesertim ubi oratio acriorem et vehementiorem progressum facit. Hic locus, quem tractamus, refert de contione, quam habuerunt Messenii aliique Peloponnesii, atque ex varietate temporis quasi ardor orationum perspicitur. Sed etiam ex eo, quod in priore parte enuntiati participium aoristi, in altera participium praesentis adhibetur, apparet scriptorem in ipsis verbis regentibus hanc varietatem expressisse. Quem usum Polybii Stichius in disputatione de Polyb. dicendi genere (act. sem. Erl. II) luculentissime demonstravit. Dindorfius seclusit *καὶ πορθοῦσι πᾶσαν ἀδεῶς* non modo ob hanc causam nunc refutatam, sed etiam, quia enuntiatum e secunda paragrapho eiusdem capitis *ἐπελθεῖν καὶ πορθῆσαι πᾶσαν ἀδεῶς* repetitum esset. At scriptor amat concinnitatis et conclusionis causa quos pleonasmos appellamus; velut paulo post 5, 5, 9 *ἐπελθεῖν καὶ πορθῆσαι;* 4, 26, 4 *λεηλατοῦσι καὶ πορθοῦσι πάντας*; 18, 3, 3 *ἐμπιπράναι διαρπάζειν τὰς πόλεις;* 18, 3, 4 *τὰς πόλεις ἀναιρεῖν καὶ καταφθείρειν;* 30, 11, 2 *τοὺς Ἕλληνας φέρειν καὶ λεηλατεῖν.* Quid? quod de ea ipsa re, de qua 5, 5, 7 sermo est, scilicet de vastatione Epiri per Aetolos, dicit 5, 96, 1 *ὁ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγὸς . . . . . ἐπεπορεύθη δὲ πορθῶν πᾶσαν ἀδεῶς τὴν Ἤπειρον.* Hultschius minime laudandus est, quod *ἀδεῶς* disiunxit a *πορθεῖν*; nam *ἀδεῶς πορθεῖν* est terminus technicus, cui saepe participium *ἐπιπορευόμενος* additur. 1, 12, 4 *ἐπιπορευόμενος ἀδεῶς ἐπόρθει*; 1, 30, 14 *πᾶσαν ἐπιπορευόμενοι τὴν χώραν καὶ τὰς πόλεις ἀδεῶς ἐπόρθουν*; 2, 25, 1 *ἐπεπορεύοντο τὴν χώραν πορθοῦντες ἀδεῶς*; 3, 86, 8 *τὴν δὲ χώραν ἐπιπορευόμενος ἀδεῶς ἐπόρθει*; 3, 92, 2 *ἐπιτρέχων ἐπόρθει τὸ πεδίον ἀδεῶς*; cf. 4, 6, 12; 4, 62, 5; 4, 64, 9; 11, 18, 9.

Nunc de Fr. Hultschii editione disputantes id quod maioris momenti est ad sermonem Polybii cognoscendum addamus. 2, 47, 5 *τοὺς δὲ βασιλεῖς σαφῶς εἰδὼς φύσει μὲν οὐδένα νομίζοντας οὔτ' ἐχθρὸν οὔτε πολέμιον, ταῖς δὲ τοῦ συμφέροντος ψήφοις ἀεὶ μετροῦντας τὰς ἔχθρας καὶ φιλίας;* sic AR Suid; in codice C legimus *οὔτε φίλον;* Hultschius hanc lectionem non

probavit. Scriptura codicis optimi nulla interpretatione defendi potest; nam quid valet *φύσει οὐδένα νομίζειν οὔτ' ἐχθρὸν οὔτε πολέμιον*? Quo modo apta est haec distinctio ad hunc locum, quo agitur de adversariis vel amicis Antigoni in belli tempestatibus ? Deinde minime quadrat in sequentem sententiam *τοῖς τοῦ συμφέροντος ψήφοις ἀεὶ μετροῦντας τὰς ἔχθρας καὶ τὰς φιλίας*, cui simile quid, quod contrarium contineat, antecessisse necesse est. Ego quidem nihil aliud in disceptationem vocandum esse arbitror nisi utrum vocabulum eiciendum sit. 5, 4, 1 inveni *πολέμιον* et *φίλον* coniunctos: *κατὰ τῆς τῶν πολεμίων καὶ πρὸ τῆς τῶν φίλων χώρας*. Sed saepius *ἐχθρὸς* et *φίλος* opponuntur 1, 14, 7 *οὔτε τῶν φίλων κατηγορεῖν οὔτε τοὺς ἐχθροὺς ἐπαινεῖν*, qui sunt adversarii civitatis. 5, 46, 6 *ὑπεροπτικώτερον μὲν ἐχρῆτο τοῖς αὑτοῦ φίλοις, θρασύτερον δὲ ταῖς πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἐπιβολαῖς*; 20, 12, 7 *οἱ μὲν φίλοι τηροῦντες τὴν παρρησίαν πιστεύωνται . . . ., οἱ δὲ ἐχθροὶ καταπιόντες τὸ δέλεαρ . . . ἀναγκάζωνται*; 29, 10, 6 *συμφρονεῖν τῷ δήμῳ καὶ τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν αἱρεῖσθαι καὶ φίλον*; inprimis 21, 3, 4 *τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φίλον νομίζειν Ῥωμαίοις*; 21, 4, 13 *τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν αἱρεῖσθαι καὶ φίλον Ῥωμαίοις*. Quibus exemplis allatis manifestum est Polybium scripsisse 2, 47, 5 *οὐδένα νομίζοντας οὔτ' ἐχθρὸν οὔτε φίλον*. Quomodo *πολέμιος* in textum irrepserit, non difficile intellectu est, quia *ἐχθρὸς* apud Atticos aliam notionem habebat. Hultschius autem non recte *προσφιλῆ* proposuit; nam *προσφιλὴς* est amabilis vel carus. Idem de coniectura Buettner-Wobstii valet, qui omnes tres voces coniunxit *οὔτ' ἐχθρὸν οὔτε πολέμιον οὔτε φίλιον*; cf. 16, 19, 3 *φίλιος ἢ πολέμιος*.

3, 49, 9 *ἐπισπωμένου τοῦ πρεσβυτέρου καὶ παρακαλοῦντος ἐς τὸ συμπρᾶξαι καὶ συμπεριποιῆσαι τὴν ἀρχὴν αὐτῶν αὐτῷ ὑπήκουσε*. Hultschius coniecit *αὐτῷ ταῦθ'*, sed pronomen *ταῦθ'* quamquam ad sententiam participiorum comprehendendam aptissimum, tamen non necessarium est; B. Wobstius eiecit haec duo verba *αὐτῶν αὐτῷ*, quae in codicibus leguntur. Mihi quidem orationis contextus multo perfectior et abolutior fieri videtur, si Polybium scripsisse statuimus *συμπεριποιῆσαι τὴν ἀρχὴν ἀδήριτον αὐτῷ*; cf. 3, 3, 5 *ἀδήριτον μὲν σφίσι παρεσκεύασαν τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχήν*; 15, 10, 2 *δυναστείαν ἀδήριτον αὑτοῖς περιποιήσουσι*; 10, 36, 3 *ὑπολαβόντες ἀδήριτον αὑτοῖς ὑπάρχειν τὴν Ἰβηρίαν*.

3, 59, 7 *ὑποδεξάμεθα τοὺς κινδύνους καὶ τὰς κακοπαθείας τοὺς συμβάντας*. Hu. et B. Wobstius (Praef. p. XXXVII) *κακοπαθείας* additamentum interpolatoris esse censent ob eamque causam secluserunt; sed difficile intellectu est, quo modo quis *κακοπαθείας* addiderit contra legem grammaticam, cum *τοὺς συμβάντας* sequatur. Et qui Polybii ingenium penitus cognoverit, confitebitur auctorem hoc loco, quo de ipsius laboribus periculisque agitur, nequaquam satis habere una voce sensum exprimere, sed pluribus verbis exornare. Quid multa? parva commutatione *τὰς κακοπαθείας καὶ τοὺς κινδύνους τοὺς συμβάντας* opus est, ut Polybiana lectio restituatur, de cuius veritate dubitari non potest. 11, 28, 9 *τὰς μὲν κακοπαθείας ὑμῖν καὶ κινδύνους*; 12, 5, 3 *καὶ κακοπαθείας καὶ κινδύνου*; 4, 38, 9 *ἄνευ πάσης κακοπαθείας καὶ κινδύνου*; praeterea 12, 27, 4 *χωρὶς κινδύνου καὶ κακοπαθείας*.

3, 72, 3 *τὸ μὲν πρῶτον ὁρμῆι καὶ προθυμίαι περὶ τὸ πλῆθος, ἐπιγενομένης δὲ τῆς τοῦ Τρεβία ποταμοῦ διαβάσεως*; ita legimus in codice A, ceteri scripserunt *ὁρμὴ καὶ προθυμία περὶ τὸ πλῆθος ἦν*, quod etiam vulgo traditur. Hultschius (in Fleckeiseni annalibus 1867 p. 304) hanc lectionem non probavit, sed *ὁρμῇ καὶ προθυμίᾳ περιῆν τὸ πλῆθος* proposuit; postea coniecturam Dindorfii *περιεγίγνετο* (in eisdem libris 1869 p. 117) recepit, quod nihil aliud valere potest nisi: 'virtute et animo prompto multitudo superior erat.' Sed ipse ordo verborum a consuetudine aliorum scriptorum et Polybii abhorret, quod substantivum regens ad extremum enuntiatum non sine gravi causa poni solet. Ex eo, quod opponitur *ἐκακοπάθει τὸ στρατόπεδον* (§. 5), apparet Polybium nihil nisi condicionem exercitus notare voluisse. Haec reputans scripturam codicum restituendam puto; *ὁρμὴ καὶ προθυμία περὶ τὸ πλῆθος ἦν*, quod maxime Polybiano dicendi generi congruere nonnullis exemplis perspicitur: 8, 23, 7 *μετὰ δὲ ταῦτα πολλή τις ἦν ἀπορία καὶ δυσχρηστία περὶ τοὺς ἔνδον*; 11, 31, 8 *τῷ δὲ πλήθει τοιαύτη παρέστη προθυμία καὶ θάρσος*; 10, 11, 8 *τελέως μεγάλην ὁρμὴν καὶ προθυμίαν παρίστασθαι συνέβαινε τοῖς νεανίσκοις*.

4, 18, 11 *οἱ δὲ Λουσιᾶται νουνεχῶς δόντες τινὰ τῶν κατασκευασμάτων τῆς θεοῦ παρῃτήσαντο τὴν τῶν Αἰτωλῶν ἀσέβειαν καὶ τοῦ μηδὲν παθεῖν ἀνήκεστον* APR; particulam *καὶ* prima manus codicis A punctis notavit; *καὶ τὸ* e codice Regio vulgata lectio est. Hultschius autem secludendum esse *καὶ* iu-

dicat. Particula καὶ loco movisse mihi videtur χάριν, quod optime convenit sententiae rationi; Lusiates enim precibus et donis ab Aetolis postulabant, ne templum Artemidis devastando nefarium facinus committerent. Χάριν praepositionis vicem gerens infinitivo adiungere solere scriptorem grammatici observaverunt; 2, 61, 10 προείλαντο στέρεσθαι χώρας . . . χάριν τοῦ μὴ προδοῦναι τὴν πρὸς τοὺς συμμάχους πίστιν; 8, 26, 6 ποικίλας ποιούμενοι κατηγορίας Ῥωμαίων χάριν τοῦ μὴ δοκεῖν; 38, 6, 8 παράδοσιν ἀμιγῆ παντὸς ψεύδους ἀπολείπεσθαι χάριν τοῦ μὴ ταῖς ἀκοαῖς τέρπεσθαι κατὰ τὸ παρόν. De hoc usu creberrimo, inprimis sequente affirmativo infinitivo, confer Krebs. die praepositionsartigen Adverbien p. 21 et 22.

8, 24, 2 ἐν τοῖς $\overset{\varepsilon}{\pi}$ τοὺς Θρᾷκας καὶ Βιθυνοὺς πολέμοις P; πρὸς restituit Valesius, quod vulgo editur; Hultschius coniecit περὶ, sed mea quidem sententia, ut 11, 23, 2 οἱ δὲ $\overset{\varepsilon}{\pi}$ δόρυ pro $\overset{\pi}{\varepsilon}$ δόρυ scriptum est i.e. ἐπὶ δόρυ, sic hoc loco $\overset{\varepsilon}{\pi}$ τοὺς pro $\overset{\pi}{\varepsilon}$ τοὺς, cf. Vollgraff. Stud.Palaeogr. p. 81; itaque restituendum ἐν τοῖς ἐπὶ τοὺς Θρᾷκας καὶ Βιθυνοὺς πολέμοις; intelleguntur enim bella, quae Byzantini contra Thraces et Bithynos gerere saepius cogebantur. 12, 26 a, 1 πρὸς τὸν ἐπὶ τοὺς Καρχηδονίους κίνδυνον.

10, 35, 8 οὗ γενομένου καὶ τῶν ἄλλων Ἰβήρων συνέβη τοὺς πλείστους ἀπολιπεῖν Ἀσδρούβαν, πάλαι μὲν βαρυνομένους ὑπὸ τῆς τῶν Καρχηδονίων ἀγερωχίας, τούτο δὲ πρῶτον καιρὸν λαβόντας εἰς τὸ φανερὰν ποιῆσαι τὴν αὑτῶν προαίρεσιν. F(S). Ursinus correxit τοῦτον δὲ, quod Hultschius recepit. Emendandum esse puto τότε δὲ πρῶτον, quia non modo sententia adverbium temporale desiderat contrarium praecedenti πάλαι μὲν, sed etiam usus sermonis hanc coniecturam probat; 20, 10, 13 τότε πρῶτον ἔννοιαν ἔλαβον; 24, 12, 4 οὕτως καὶ τότε πρῶτον ἐπεβάλετο; 29, 17, 1 ἀλλὰ τότε πρῶτον ἐπὶ τοῦ Περσέως; 1, 6, 6 τότε πρῶτον ἐπὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῆς Ἰταλίας ὥρμησαν; 1, 20, 9 τότε πρῶτον; 3, 97, 5 τότε πρῶτον ἐθάρρησαν; 1, 20, 12 τότε δὴ πρῶτον ἐν νῷ λαμβάνοντες; 11, 12, 3 ὅτε λάβοι καιρὸν; 28, 13, 4 τότε λαβόντες καιρόν.

11, 30, 3 οἱ μὲν οὖν ἀρχηγοὶ τῶν κακῶν αἰκισθέντες εἵλκοντο διὰ μέσου sc. τῶν πολλῶν. Hultschius codicum lectionem convertit in formam pluralem διὰ μέσων, quamquam ex multis exemplis apparet, neutrum singulare adiectivi obtinere locum substantivi. 5, 55, 7 τῆς ἀνὰ μέσον κειμένης ὀρεινῆς; 5, 85, 8 τότε προελθὼν εἰς μέσον; 12, 18, 12 ποταμὸς ἦν ἐν μέσῳ; 14, 3, 5 περὶ μέσον ἡμέρας; 15, 6, 3 αὐτοὶ συνῆλθον εἰς τὸ μέσον; 15, 33, 5; 21, 38, 3. Inprimis huic usui documento sunt 15, 27, 2 διὰ μέσου τῆς πόλεως ἑλκύσαντες et 34, 9, 15 ἐν μέσῳ τῆς οἰκίας.

22, 18, 2 ἵνα πύθηται παρὰ τούτου τὰς ἀληθείας ἡ σύγκλητος. Numerum pluralem τὰς ἀληθείας censet Hultschius non scripsisse Polybium; sed pluralis forma abstractorum nominum frequentissime ab illo usurpatur, ut Atticorum usum ac modicos fines longe excedat; cf. Stichii disputationem de hac re act. Sem. II p. 151. Pluralem nominis ἀλήθεια invenimus 10, 40, 5 λέγεσθαι παρὰ πᾶσι καὶ ταῖς ἀληθείαις ὑπάρχειν; 38, 3, 3 πυθόμενος περὶ ἑκάστων τὰς ἀληθείας.

Postremo de Buettner-Wobstio, qui nuper Dindorfii editionem Hultschio adiuvante recensuit, nonnulla addenda sunt. Laudandus est, quod multos errores, quos priores editores coniecturis falsis in contextum receperunt, reiecit et plurimis locis ad auctoritatem codicum se accommodavit; deinde adhibita inprimis Ierusalemi dissertatione: Die Inschrift von Sestos und Polybius (Wiener Studien 1879 p. 32—58), qua ille magnam intercedere similitudinem inter Polybianam elocutionem et dictionem Inscriptionum docuit, et orthographiam emendavit et multa verba, quae ante Polybii aetatem nondum usurpata ab editoribus in dubium vocata erant, retinuit vel restituit. De singulis locis cf. Stichii recensionem huius editionis (Phil. Anz. Bd. 13. Suppl. II.).

Quamquam in nonnullis coniecturis B. Wobstii Polybii manum non deprehendi, ipse autem veram lectionem invenire non potui. Melius tamen esse videtur inscitiam confiteri et locum corruptum habere quam falsis coniecturis orationem adulterare. 3, 71, 8 παρήγγελλε (sc. Hannibal) δέκα τοὺς ἀνδρωδεστάτους ἕκαστον ἐπιλεξάμενον . . ἥκειν εἴς τινα τόπον η * * δη τῆς στρατοπεδείας est scriptura codicum; B. Wobstius supplet ὃν ᾔδει, quod minime quadrat in sententiam; nam ducem ipsum locum novisse in promptu est; neque autem ἕκαστος loco subiecti fingi potest, quod relativum enuntiatum ad edictum ducis non accommodatum est. Maxime coniecturae repugnat, quod genetivus hoc relativo a nomine regente disiungitur. Exspecta-

mus autem ἀποδειχθέντα (6, 26, 3) vel ῥητὸν, cfr. 4, 26, 5 συνέθεντο ῥητὴν ἡμέραν vel συντεθέντα; 8, 20, 3 ἧκε νυκτὸς ἐπὶ τὸν συντεθέντα τόπον. — 3, 55, 1 ἐπὶ τὴν προυπάρχουσαν χιόνα . . . . . ἄρτι τῆς ἐπὶ τοὺς πεπτωκυίας; B. Wobstius proposuit ἐπ᾽ ἔτους, quod mihi non probandum videtur; nam si scriptor anniversariam nivem dicere voluisset, scripsisset ἐπέτειος, cfr. 6, 49, 8 ἐπετείων καρπῶν; 15, 29, 8 διά τινα θυσίαν ἐπέτειον, neque praepositio ἐπὶ genetivo adiuncta hanc significationem habet. In lectione codicum ἐπὶ τοὺς verbum abditum esse suspicor, quod sententiam adverbii ἄρτι assequitur.

Quoniam numerum eorum, qui Polybii libros ediderunt, a Casaubono usque ad B. Wobstium perlustravimus, nunc de nonnullis recentioribus, qui Polybiana scripserunt, disputandum est.

Initium capiamus a Cobeto, cuius coniecturae saepe a proprietate sermonis et ingenii Polybiani abhorrent. 15, 16, 5 τὸν πρὸ τούτου χρόνον ἀήττητος ὢν; Cobetus in Mnemosyne N. S. XI, 16 corrigit πρὸ τοῦ damnata codicum scriptura, quam paucis verbis defendit Kaelkerus de el. Pol. p. 276. Formula πρὸ τοῦ, quae a veteribus masculino vel neutrali nomini adiungitur, apud Polybium obduruit, ut eadem sit, quae vox πρότερον; 23, 12, 2 τῇ συνηθείᾳ τῇ πρὸ τοῦ; 20, 4, 3 τὴν πρὸ τοῦ δόξαν; 11, 2, 3 διὰ τῶν πρὸ τοῦ συντάξεων. Est autem πρὸ τοῦ tamquam amplificatum in πρὸ τούτου, quia πρὸ τοῦ vim priorem non iam habuit; velut 10, 39, 5 τὸν γὰρ πρὸ τούτου χρόνον ἐπέμενε; 10, 43, 5 τὸν πρὸ τούτου χρόνον idemque 11, 2, 1; 27, 9, 1; quibus exemplis apparet, quam repugnet Cobeti coniectura usui Polybiano; 11, 24 a, 3 τὸν πρὸ τούτου χρόνον, ubi Geelius falso coniecit πρὸ τοῦ; 11, 2, 7 τὰς πρὸ τοῦ πράξεις F; πρὸ τούτου S. Casaubonus in litteris πρὸ τοῦ agnoscere voluit πρὸ τοῦ, sed restituendum est τὰς πρὸ τούτου πράξεις eadem ratione, qua τὰ πρὸ τούτου σεμνὰ 15, 7, 6 dici potuit.

12, 26 a, 1 μόνον οὐκ ἤδη μελλόντων convertit Cobetus Mnemos. N. S. IV p. 359 sine ullo iure in ὅσον οὐκ. Sane scriptores veteres formula ὅσον οὐ (tantum non „beinahe") usi sunt, sed etiam ὅσον μόνον, ὁσονού, ὅσον οὐκ ἤδη, ὅσον οὔπω; ex his formulis quemadmodum μόνον οὐ exoriri potuerit, facile intellectu est. μόνον οὐ sermonis vulgaris proprium esse videtur; primum enim legimus apud Aristophanem in Vesp. 538 οὓς σὺ μόνον οὐ προσκυνεῖς, quos tu propemodum veneraris,

cf. Eccles. 538; deinde apud Dem. Ol. I 2 (μόνον οὐχὶ) et Aesch. III, 130 (Terentius utitur haud aliter particulis modo non: Phorm. 1, 2, 17 modo non montes auri pollicens); apud Polybium autem μόνον οὐκ in maximo usu est. 2, 13, 5 μόνον οὐ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν; 3, 109, 2 διαμαχόμενοι μόνον οὐ καθ᾽ ἡμέραν (modo non cotidie); 3, 64, 4 μόνον δ᾽ οὐχὶ δουλεύοντες; 3, 102, 4 μόνον οὐ πολιορκεῖν; 5, 35, 2 οἱ καιροὶ μόνον οὐκ ἐπ᾽ ὀνόματος ἐκάλουν; 9, 9, 4 μόνον οὐ δὲ ἀναστάτους ποιῆσαι; 12, 7, 5 μόνον οὐ θανάτου κρίσιν ὑπέχειν. Itaque 12, 26 a, 1 καὶ μόνον οὐκ ἤδη μελλόντων recte se habet.

10, 19, 4 καταπλαγεὶς καὶ θαυμάσας τὸ κάλλος. Alterum verbum θαυμάσας seclusit Cobetus, Mnemos. XI, 251 ignarus, quam late pateat apud Polybium figura illa rethorica, quem pleonasmum grammatici dicunt; cf. Stich. Act. Sem. Erl. II p. 209. Quo erat scriptor studio perspicuitatis et explanationis, omne genus pleonasmi frequentissime adhibuit, ita ut oratio saepe non ornarctur sed oneraretur. Pleonasmi locum obtinent velut 30, 8, 2 τῶν διαπεμπομένων παρ᾽ ἑκατέρων καὶ πρὸς ἑκατέρους; 21, 16, 9 τὸ δὲ συνέχον ἠρώτων, τί δεῖ ποιήσαντας τυχεῖν τῆς εἰρήνης, quod maxime mirum est. Inprimis ea abundantia, quam rhetores Graeci ἄρσιν vocabant (Ernesti Lex. techn. Gr. p. 42. 43; Rehd. Ind. Dem. I s. v.), Polybius delectatus est; 1, 31, 2 οὐκ ἐλάττω, πλείω δὲ τῶν Ῥωμαίων εἰργάζετο κατὰ τὴν χώραν; 1, 64, 6 οὐ μικρῷ πολλῷ δέ; 16, 17, 10 οὐ μικρὰ μεγάλα δὲ συμβάλλεται; 31, 27, 5 οὐχ ἑκόντας ἀλλ᾽ ἀκόντας. Adverbia coniunguntur, quia vis eorum decrescere et amplificatione quadam egere videtur: 31, 7, 13 τάχ᾽ ἂν ἴσως; 31, 21, 7 συνεχῶς — ἀεί; 24, 7, 4 εἰκῇ καὶ ἀνίσως; 6, 43, 3 ἔτι δοκοῦντας ἀκμήν; 14, 4, 9 ἀκμὴν ἔτι; 15, 6, 6 ἀκμὴν ἔτι καὶ νῦν; 24, 15, 4 αὐτόθεν εὐθέως, ubi Cobetus falso alterum adverbium εὐθέως delevit, quamqnam in ipso Demosthene invenitur 29, 15 εὐθὺς παραχρῆμα (cf. Rehd. l. l. p. 179) et apud Polybium multa eiusmodi exstant exempla, velut 35, 4, 13 παραυτίκα μὲν εὐθέως, quod Hultschius sine causa mutari vult in παραυτίκα μὲν ἐν τοῖς ὄχλοις; 28, 21, 3 εὐθέως αὐτόθεν; 32, 10, 10 αὐτόθεν εὐθέως; 11, 9, 6 αὐτόθεν εὐθέως; 14, 8, 13 εὐθέως ἐκ ποδὸς aliisque locis. 37, 10, 4 ἡμέραν καὶ νύκτα συνεχῶς; 5, 110, 5; 21, 28, 5 ἀδιαπαύστως καὶ τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν; 5, 71, 8 καὶ νύκτωρ μὲν καὶ μεθ᾽ ἡμέραν, ubi Hultschius μὲν seclusit; cur non coniecit ἀεὶ pro μέν?

haec quidem cumulatio Polybii propria est: 29, 13, 1 *νύκτωρ τε ἀεὶ καὶ μεθ' ἡμέραν.* — Ut adiectiva et adverbia, eodem modo verba conclusionis cuiusdam efficiendae causa copulantur; 6, 44, 6 *τοῖς μετασχοῦσι καὶ κοινωνήσασι τοῦ πλοῦ*; 14, 7, 6 *δεομένης καὶ λιπαρούσης*; 21, 41, 1 *συνάγειν καὶ συναρμόζειν*; 31, 7, 17 *ἀξιοῖ καὶ δεῖται.* Cobetum autem illo loco 10, 19, 4 temere *θαυμάσας* eiecisse apparet ex his locis: 3, 61, 4 *ἐθαύμαζε καὶ κατεπέπληκτο τὴν ὅλην ἐπιβολὴν*; 31, 4, 9 *καταπλήττεσθαι καὶ θαυμάζειν καὶ τὸν βασιλέα καὶ τὴν βασιλείαν.*

29, 8 10 *εἰς τοὺς παρακειμένους τῷ Περσεῖ φίλους*; Cobetus (Mnemos. Nov. Ser. IV p. 364) non tuetur fidem codicum, sed *παρεπομένους* scribit. At scriptor dicit non modo 23, 2, 4 *τοὺς σὺν αὐτῷ φίλους*, 23, 10, 2 *οἱ συνόντες αὐτῷ*, 25, 3, 7 *οἱ συνόντες αὐτῷ φίλοι*, quod quadrat in *παρεπομένους*, sed etiam 39, 17, 4 *διὰ τοὺς παρακειμένους φίλους.*

38, 3, 9 *παραθεὶς τὰς δοκούσας μεγίστας συμφορὰς γεγονέναι κατὰ τὴν Ἑλλάδα πρὸς τὰ νῦν ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα.* Cobetus *πρὸς τὰ νῦν ἐφ' ἡμῶν γενόμενα.* Polybius incipit exitium Graeciae narrare atque explicat nullas rerum commutationes fuisse tam graves quam cladem Graecorum, de qua re hoc libro et sequenti exponitur. In participio praesentis, cuius loco participium perfecti exspectamus, offendit homo criticus; sed nihil offensionis habere hunc usum Stichius ostendit l. l. p. 187; quod vero Cobetus coniecit *ἐφ' ἡμῶν*, ferri non potest: Polybius non *ἐφ' ἡμῶν*, sed *καθ' ἡμᾶς* dixisset; cf. 38, 3, 3 *τοῖς καθ' ἡμᾶς γεγονόσιν.* De illo usu participii praesentis respice haec exempla: 1, 57, 2 *περὶ τῶν νῦν λεγομένων στρατηγῶν*; 9, 2, 7 *μαρτυρήσουσι τοῖς νῦν λεγομένοις*; 33, 6, 7 *ὁ δὲ οὐ προσεῖχε τοῖς λεγομένοις*; 39, 6, 6 *κατὰ τοὺς νῦν λεγομένους καιρούς.*

33, 21, 2 *διὸ καὶ μάτην τελέως περὶ τούτων λέγειν, εἰ μή τις καὶ γράφειν ἐνύπνια βούλεται καὶ θεωρεῖν ἐγρηγορότως ἐνύπνια*; Cobetus coniecit *ἐγρηγορὼς* Mnemos. XI, 34. Sed coniectura inutilis est; nam hoc est proprium Polybii, adverbium participii ponere pro participio recto, quia participia non iam satis primariam vim, cui notio condicionis subest, obtinuerunt, sed magis magisque loco adiectivorum poni coepta sunt. *Ἐγρηγορότως* nos interpretamur: in einem wachenden Zustande. 1, 23, 5 *πλέοντες τετολμηκότως*; 2, 10, 7 *ἐχρήσατο τῇ πολιορκίᾳ καὶ τεθαρρηκότως*; 2, 23, 4 *κατατεθαρρηκότως ὥρμησαν*; 4, 1, 7 *τούτοις ἑπομένως ἐδηλώσαμεν*; 35, 2, 13 *ἐχρῶντο τοῖς λόγοις ὑποπεπωκότως καὶ ταπεινῶς*; sic Ursinus ex codice meliore restituit. E contrario adverbium adiectivi usurpatur pro participio 37, 3, 1 *ἔδοξε τοῖς Ἀχαιοῖς ἐκπέμπειν ἀκολούθως τοῖς ὑπὸ τοῦ ὑπάτου γεγραμένοις*; aliis locis participium adhibetur· 4, 28, 5 *τοῖς καιροῖς ἀκολουθοῦντες ἐξηγησόμεθα.* 38, 3, 8 *ἐὰν μή τις ἀφροντίστως τοῦ καθήκοντος καὶ τοῦ καλοῦ, πρὸς αὐτὸ δὲ τὸ συμφέρον ἀποβλέπων ποιῆται τὴν ἀπόφασιν*; *ἀφροντίστως* Maius; *ἀφροντιστῶν* Spengelius, Hultschius *ἀφρόντιστος*; sed codicum scriptura rectissima est: „in der Art das Urteil abgeben, dass man sich um nichts Schönes kümmert." Non modo Polybii genere dicendi scriptura codicum *ἐγρηγορότως* defenditur, sed etiam usu posteriorum Plut. Moral. p. 32 A: *ἐθιστέον ἅμα τούτων ἐγρηγορότως τὸν νέον ἀκούειν*; Diodorus ap. Photium p. 526, 5 ed. Wess. *οὐ μόνον ἐξ ὀνείρων ἐμαντεύετο, ἀλλὰ καὶ ἐγρηγορότως θεοὺς ὁρᾶν ὑπεκρίνετο*; alia exempla vd. apud Phryn. ed. Lob. p. 119. Cobetus quamvis optime de antiquis scriptoribus emendandis meritus sit, in Polybio tractando parum subtilem cognitionem sermonis Polybiani prae se fert.

Van Herwerdenus in Mnemos. N. S. II p. 73 sqq. magnum numerum coniecturarum protulit, sed omnium una digna est, quae in textum recipiatur. Recte mea quidem sententia corruptam lectionem restituit 18, 11, 14. Legati Graecorum cum legatis regis Macedonum in senatum ducti orationem habuerunt: *οἱ δὲ παρὰ τοῦ Φιλίππου παρεσκευάσαντο μὲν ὡς ἐπὶ πλεῖον ποιησόμενοι τοὺς λόγους, .. εὐθέως ἐκωλύθησαν· ἐρωτηθέντες γὰρ εἰ παραχωροῦσι Χαλκίδος .... ἀπεῖπαν μηδεμίαν ἔχειν περὶ τούτων ἐντολήν· οὗτοι μὲν οὖν ἐπιτιμηθέντες οὕτως κατέπαυσαν τὸν λόγον.* Recte Herw. difficile intellectu esse ait, cur Romani Macedonum legatos vituperaverint; tantummodo eos impedire potuerunt pluribus verbis disserere de mandatis, quod Graeci voce *ἐπιτέμνειν* exprimunt; velut 28, 23, 3 *ὁ δὲ βασιλεὺς ἔτι λέγοντα τὸν πρεσβευτὴν ἐπιτεμὼν οὐκ ἔφη προσδεῖσθαι πολλῶν λόγων.* Hac coniectura oratio Polybii congruit cum Livio, quae res a Herwerdeno non affertur, sed emendationem eius maxime commendat; ille enim 32, 37, 5 dicit: 'legati deinde regis intromissi; quibus longiorem exorsis orationem brevis interrogatio cessurusne iis tribus urbibus esset, sermonem incidit, cum mandati sibi de iis nominatim negarent quicquam.'

6, 23, 4 *ἔχει δὲ* (sc. scutum) .. *σιδηροῦν σιάλωμα, δι' οὗ*

haec quidem cumulatio Polybii propria est: 29, 13, 1 νύκτωρ τε ἀεὶ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν. — Ut adiectiva et adverbia, eodem modo verba conclusionis cuiusdam efficiendae causa copulantur; 6, 44, 6 τοῖς μετασχοῦσι καὶ κοινωνήσασι τοῦ πλοῦ; 14, 7, 6 δεομένης καὶ λιπαρούσης; 21, 41, 1 συνάγειν καὶ συναρμόζειν; 31, 7, 17 ἀξιοῖ καὶ δεῖται. Cobetum autem illo loco 10, 19, 4 temere θαυμάσας eiecisse apparet ex his locis: 3, 61, 4 ἐθαύμαζε καὶ κατεπέπληκτο τὴν ὅλην ἐπιβολήν; 31, 4, 9 καταπλήττεσθαι καὶ θαυμάζειν καὶ τὸν βασιλέα καὶ τὴν βασιλείαν.

29, 8 10 εἰς τοὺς παρακειμένους τῷ Περσεῖ φίλους; Cobetus (Mnemos. Nov. Ser. IV p. 364) non tuetur fidem codicum, sed παρεπομένους scribit. At scriptor dicit non modo 23, 2, 4 τοὺς σὺν αὐτῷ φίλους, 23, 10, 2 οἱ συνόντες αὐτῷ, 25, 3, 7 οἱ συνόντες αὐτῷ φίλοι, quod quadrat in παρεπομένους, sed etiam 39, 17, 4 διὰ τοὺς παρακειμένους φίλους.

38, 3, 9 παραθεὶς τὰς δοκούσας μεγίστας συμφορὰς γεγονέναι κατὰ τὴν Ἑλλάδα πρὸς τὰ νῦν ὑφ᾽ ἡμῶν λεγόμενα. Cobetus πρὸς τὰ νῦν ἐφ᾽ ἡμῶν γενόμενα. Polybius incipit exitium Graeciae narrare atque explicat nullas rerum commutationes fuisse tam graves quam cladem Graecorum, de qua re hoc libro et sequenti exponitur. In participio praesentis, cuius loco participium perfecti exspectamus, offendit homo criticus; sed nihil offensionis habere hunc usum Stichius ostendit l. l. p. 187; quod vero Cobetus coniecit ἐφ᾽ ἡμῶν, ferri non potest: Polybius non ἐφ᾽ ἡμῶν, sed καθ᾽ ἡμᾶς dixisset; cf. 38, 3, 3 τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς γεγονόσιν. De illo usu participii praesentis respice haec exempla: 1, 57, 2 περὶ τῶν νῦν λεγομένων στρατηγῶν; 9, 2, 7 μαρτυρήσουσι τοῖς νῦν λεγομένοις; 33, 6, 7 ὁ δὲ οὐ προσεῖχε τοῖς λεγομένοις; 39, 6, 6 κατὰ τοὺς νῦν λεγομένους καιρούς.

33, 21, 2 διὸ καὶ μάτην τελέως περὶ τούτων λέγειν, εἰ μή τις καὶ γράφειν ἐνύπνια βούλεται καὶ θεωρεῖν ἐγρηγορότως ἐνύπνια; Cobetus coniecit ἐγρηγορὼς Mnemos. XI, 34. Sed coniectura inutilis est; nam hoc est proprium Polybii, adverbium participii ponere pro participio recto, quia participia non iam satis primariam vim, cui notio condicionis subest, obtinuerunt, sed magis magisque loco adiectivorum poni coepta sunt. Ἐγρηγορότως nos interpretamur: in einem wachenden Zustande. 1, 23, 5 πλέοντες τετολμηκότως; 2, 10, 7 ἐχρήσατο τῇ πολιορκίᾳ καὶ τεθαρρηκότως; 2, 23, 4 κατατεθαρρηκότως ὥρμησαν; 4, 1, 7 τούτοις ἑπομένως ἐδηλώσαμεν; 35, 2, 13 ἐχρῶντο τοῖς λόγοις ὑποπεπωκότως καὶ ταπεινῶς; sic Ursinus ex codice meliore restituit. E contrario adverbium adiectivi usurpatur pro participio 37, 3, 1 ἔδοξε τοῖς Ἀχαιοῖς ἐκπέμπειν ἀκολούθως τοῖς ὑπὸ τοῦ ὑπάτου γεγραμένοις; aliis locis participium adhibetur 4, 28, 5 τοῖς καιροῖς ἀκολουθοῦντες ἐξηγησόμεθα. 38, 3, 8 ἐὰν μή τις ἀφροντίστως τοῦ καθήκοντος καὶ τοῦ καλοῦ, πρὸς αὐτὸ δὲ τὸ συμφέρον ἀποβλέπων ποιῆται τὴν ἀπόφασιν; ἀφροντίστως Maius; ἀφροντιστῶν Spengelius, Hultschius ἀφρόντιστος; sed codicum scriptura rectissima est: „in der Art das Urteil abgeben, dass man sich um nichts Schönes kümmert.“ Non modo Polybii genere dicendi scriptura codicum ἐγρηγορότως defenditur, sed etiam usu posteriorum Plut. Moral. p. 32 A: ἐθιστέον ἅμα τούτων ἐγρηγορότως τὸν νέον ἀκούειν; Diodorus ap. Photium p. 526, 5 ed. Wess. οὐ μόνον ἐξ ὀνείρων ἐμαντεύετο, ἀλλὰ καὶ ἐγρηγορότως θεοὺς ὁρᾶν ὑπεκρίνετο; alia exempla vd. apud Phryn. ed. Lob. p. 119. Cobetus quamvis optime de antiquis scriptoribus emendandis meritus sit, in Polybio tractando parum subtilem cognitionem sermonis Polybiani prae se fert.

Van Herwerdenus in Mnemos. N. S. II p. 73 sqq. magnum numerum coniecturarum protulit, sed omnium una digna est, quae in textum recipiatur. Recte mea quidem sententia corruptam lectionem restituit 18, 11, 14. Legati Graecorum cum legatis regis Macedonum in senatum ducti orationem habuerunt: οἱ δὲ παρὰ τοῦ Φιλίππου παρεσκευάσαντο μὲν ὡς ἐπὶ πλεῖον ποιησόμενοι τοὺς λόγους, . . εὐθέως ἐκωλύθησαν· ἐρωτηθέντες γὰρ εἰ παραχωροῦσι Χαλκίδος . . . . ἀπεῖπαν μηδεμίαν ἔχειν περὶ τούτων ἐντολήν· οὗτοι μὲν οὖν ἐπιτιμηθέντες οὕτως κατέπαυσαν τὸν λόγον. Recte Herw. difficile intellectu esse ait, cur Romani Macedonum legatos vituperaverint; tantummodo eos impedire potuerunt pluribus verbis disserere de mandatis, quod Graeci voce ἐπιτέμνειν exprimunt; velut 28, 23, 3 ὁ δὲ βασιλεὺς ἔτι λέγοντα τὸν πρεσβευτὴν ἐπιτεμὼν οὐκ ἔφη προσδεῖσθαι πολλῶν λόγων. Hac coniectura oratio Polybii congruit cum Livio, quae res a Herwerdeno non affertur, sed emendationem eius maxime commendat; ille enim 32, 37, 5 dicit: ‘legati deinde regis intromissi; quibus longiorem exorsis orationem brevis interrogatio cessurusne iis tribus urbibus esset, sermonem incidit, cum mandati sibi de iis nominatim negarent quicquam.’

6, 23, 4 ἔχει δὲ (sc. scutum) . . σιδηροῦν σιάλωμα, δι᾽ οὗ

τάς τε καταφορὰς τῶν μαχαιρῶν ἀσφαλίζεται καὶ τὰς πρὸς τὴν γῆν ἐξερείσεις; Herwerdenus coniecit *δι᾽ οὗ πρὸς τάς τε καταφοράς*; sed hac re oritur sententia inepta, si praepositio ad alteram partem refertur; nam quomodo *σιάλωμα* prohibere potest, ne scutum in terra ponatur? Hoc loco duae significationes verbi *ἀσφαλίζεσθαι* coniunctae sunt: schützen vor etwas (defendere ab aliqua re) et etwas sichern (tutum praestare); priorem vim legimus 9, 3, 3 *τοῖς δὲ βαρέσι τῶν ὅπλων ἀσφαλιζόμενοι τὴν ἐπιφορὰν τῶν βελῶν*; altera cognoscitur exemplis 4, 60, 5 *διὰ τούτων ἀσφαλίζεσθαι τὴν χώραν*; 6, 34, 7 *τὴν δὲ τοῦ νυκτερινοῦ συνθήματος παράδοσιν ἀσφαλίζονται τὸν τρόπον τοῦτον.*

7, 15, 1 *πᾶν γένος ἐνέδρας ἀντενέδρας ἐπιθέσεως ἐξευρισκόντων τῶν στρατιωτῶν κατ᾽ ἀλλήλων.* Herw. addit *ἀντεπιθέσεως*. At si corrigere vellet, certe respicere debuit ad locum 1, 57, 3: *ἐποιοῦντο ἐνέδρας ἀντενέδρας ἐπιθέσεις προσβολάς*, quia *ἀντεπίθεσις* ante Philonem non invenitur. Sed universo generi dicendi Polybiano haec coniectura repugnat; nam ille qua est arte oratoria cum alias figuras rhetoricas adhibet ad orationem expoliendam tum asyndeton, cuius e generibus inprimis enumerativum coluit. Cum principes scriptorum certo numero partium orationem minus constringerent, Polybius potissimum asyndeton trium vel sex partium in deliciis habuit, ita ut ceteri loci velut 11, 25, 2; 12, 8, 2 paene in dubitationem vocari possint. Asyndeton enumerativum est substantivorum, adiectivorum, adverbiorum, formarum quarundam verbi; saepe cum figura asyndeti vocabula assonantia composuit; 1, 67, 11 *ἀσαφείας ἀπιστίας ἀμιξίας ἅπαντα πλήρη*; 3, 81, 9 *πρὸς πᾶσαν ἐπιβουλὴν ἐνέδραν ἀπάτην ἕτοιμος*; 4, 8, 3 *ἔτι δὲ πράξεις ἀπάτας ἐπιβουλὰς συστήσασθαι*; 4, 38, 4 *μέλι κηρὸν τάριχος*; 5, 11, 3 *καταφθείρειν φρούρια λιμένας πόλεις ἄνδρας ναῦς καρπούς*; 5, 48, 9 *ὁμοῦ τοῖς νηχομένοις φερομένων ἵππων ὑποζυγίων, ὅπλων νεκρῶν ἀποσκευῆς παντοδαπῆς*; 5, 93, 4 *ἀμφισβητήσεως φιλοτιμίας ὀργῆς τῆς ἐν ἀλλήλοις πάντα πλήρη*; 6, 5, 8 *ταύρους κάπρους ἀλεκτρυόνας*; 21, 23, 3 *προσλαβεῖν πόλεις χορηγίας ναῦς*; 32, 7, 8 *ὡς ἂν πλεῖον ἐνιαυτοῦ μὴ τὸν ῥύπον, μὴ τοὺς ὄνυχας, μὴ τὰς τρίχας ἀφῃρημένου*; 6, 9, 9 *ποιεῖ σφαγὰς, φυγὰς, γῆς ἀναδασμούς*; 6, 56, 11 *πλῆρες ἐπιθυμιῶν παρανόμων, ὀργῆς ἀλόγου, θυμοῦ βιαίου*; 7, 8, 1 *οὐ πλοῦτον, οὐ δόξαν, οὐχ ἕτερον οὐδὲν ἐκ τῆς τύχης*; 8, 2, 3 *ὅρκοι τέκνα γυναῖκες*; 14, 5, 10 *μυριάδες ἀνδρῶν ἵππων ὑποζυγίων*; 12, 15, 6 *φεύγων τὸν τροχὸν, τὸν καπνὸν, τὸν πηλόν*; ad hoc exemplum restituendus est locus 15, 35, 2 *καταλιπὼν τὸν τροχὸν τὸν πηλὸν καὶ τὸν καπνὸν*, ubi codex M tradit *τὸν τροχόπηλον καὶ τὸν καπνὸν*. certe *καὶ* repetendum est neque post *πηλὸν* solum ponendum, quod Hultschius fecit; nam pro asyndeto tripartito adhibetur repetita coniunctio *καί*, velut 15, 30, 2 *πλήρης ἦν ἡ πόλις θορύβου καὶ φώτων καὶ διαδρομῆς*. Ut substantiva asyndeton formant, ita adiectiva, adverbia, verba; 4, 25, 7 *ἀφρουρήτους ἀφορολογήτους ἐλευθέρους*; 15, 24, 2 *ἀφρουρήτους ἀφορολογήτους ἀνεπισταθμεύτους*; 1, 14, 3 *φρονίμως καλῶς ἀνδρωδῶς*; 1, 80, 3 *τούτοις πιστεύειν, τούτοις ἀκούειν, τοῖς τοιούτοις προσέχειν τὸν νοῦν*; 7, 8, 2 *οὐκ ἀποκτείνας, οὐ φυγαδεύσας, οὐ λυπήσας.* Nusquam nisi uno loco asyndeton enumerativum duarum partium inveni: 9, 31, 6 *μέλλετε ἀνασκευάζειν συνθήκας ὅρκους, τὰς μεγίστας πίστεις παρ᾽ ἀνθρώποις*; at h. l., ut exempla docent 9, 32, 8 *ὅρκους καὶ συνθήκας*, 9, 34, 7 *ὅρκους καὶ συνθήκας ποιησάμενοι*, particula *καί* excidisse videtur. — Cetera genera asyndeti, velut adversativum summativum explicativum causale, rara sunt prae enumerativo, cuius usus frequentia omnia superat. Ut autem ad locum, unde digressionem Polybii sermonis demonstrandi causa fecimus, redeamus, apparet illam coniecturam Herwerdeni abhorrere a scriptoris proprietate.

Hertlinius in Fleckeis. annal. philolog. et paedagog. 115 pg. 33 sqq. complures coniecturas in vulgus edidit, quarum nonnullae disputatione Kaelkeri refutatae sunt.

4, 16, 4 *πολέμους ἀνεπαγγέλτους φέροντες πολλοῖς*; Hertlinius corrigit *ἐκφέροντες*, quia *ἐκφέρειν πολέμον* creberrima dictio sit (latine: bellum inferre). Sed cum *πόλεμον ἐκφέρειν* valeat bellum indicere iure ac ritu, hic autem *πόλεμοι ἀνεπάγελτοι* dicantur, verbum *φέρειν* sententiae aptissimum est.

4, 30, 4 *Ἀκαρνᾶνες οὐδενὸς τῶν Ἑλλήνων ἧσσον εὑρίσκονται διατετηρηκότες*; Hertl. *οὐδένων*. Quod Kaelkerus de eloc. Polyb. pg. 278 et 279 exposuit de forma *οὐδέσι*, idem quadrat in genitivum *οὐδένων*. Nusquam hic invenitur, etiamsi pronomen ad pluralem refertur; codices omnibus locis singularem tradunt; cfr. 2, 62, 11 *οὐδενὸς γὰρ ὄντες δεύτεροι τῶν Ἀρκάδων Μαντινεῖς.* 32, 13, 16 *καίπερ ὄντες οὐδενὸς δεύτεροι Ῥωμαίων.*

Recentissimis temporibus Ioh. Stichius dissertatione, quam saepius laudavimus, bene de emendatione Polybii meritus est et Polybium e Polybio explanavit; nam ut facillimum, ita rectis-

simum videbatur futurum e praesenti, aoristum ex imperfecto aliaque id genus corrigere ad usum scriptorum principum; huic levitati coniciendi Stichius finem fecit. Coniecturis eius omnibus assentior, nisi quod 3, 94, 6, quo loco in dubio est (p. 148 adn.), sitne codicum scriptura *ἐπαποστέλλειν* retinenda an scribendum *ἐξαποστέλλειν*, nihil mutandum esse arbitror; 2, 8, 12 *ἐπαποστεῖλαί τινας*; 6, 15, 6 *ἐπαποστεῖλαι στρατηγὸν ἕτερον*; 13, 6, 7; 30, 20, 7; 31, 12, 14; 32, 20, 11; 33, 6, 6.

Satis disputando de coniecturis aliorum demonstrasse mihi videor, si quemquam, certe Polybium ex se ipso esse interpretandum; nunc ad alteram disputationis nostrae partem, qua novas ipsi coniecturas lectoribus Polybii proponemus, transeamus.

1, 70, 3 multi Africani superbum Carthaginiensium imperium aegre ferentes tumultum concitaverunt et Mathonem Spendiumque sibi duces praefecerunt. Gesco Carthaginiensis primo quidem adversus tumultuarios leniter se gerebat, sed illa ratione cum nihil effecisset, per vim sedabat tumultum: *οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν Λιβύων . . . . . προσιόντων θρασέως, βουλόμενος ὁ Γέσκων ἐπιπλῆξαι τὴν προπέτειαν αὐτῶν Μάθω τὸν στρατηγὸν ἀπαιτεῖν ἐκέλευεν· οἱ δ' ἐπὶ τοσοῦτον διωργίσθησαν* etc. Varia atque improbabilis est interpretatio verbi *ἀπαιτεῖν*. Iis qui *ἀπαιτεῖν* referentes ad *Μάθω* ita interpretantur, Gesconem postulare ab Africanis ducem, contra dicendum est *ἀπαιτεῖν* nihil valere nisi postulare id, quod petere iustum est, et verbum *ἐκέλευεν* supervacaneum esse. Si hunc subiciamus sensum: Gesconem Mathonem stipendia *σιταρχίας* a se petere iussisse, quo modo quadrat in hanc sententiam Carthaginiensis consilium temeritatis tumultuariorum profligandae (*ἐπιπλῆξαι τὴν προπέτειαν αὐτῶν*)? Atque Matho stipendia per se ipse, non a Gescone admonitus petiisse putandus est. Schweighaeuserus (Lex. Polyb. s. v.): 'imperavit, ut tumultuarii stipendia a Mathone peterent'. Cui explicationi non modo dura accusativorum subiecti *αὐτούς* et obiecti *σιταρχίας* omissio, sed etiam res ipsa repugnat; neque enim est, cur tumultuarii tam vehementer irati sint, ut Gesconem ipsum caperent. Mea quidem sententia verba, quae in codicibus traduntur, mutanda sunt: *Μάθω τὸν στρατηγὸν ἀπάγειν ἐκέλευεν*, id est, Mathonem deduci in carcerem iussit. Hanc vocem si restitueris, et consilium Gesconis et irae impetum plane declarare poteris. Multis autem locis ille usus vocabuli *ἀπάγειν* probari potest: 1, 72, 5 *ἀπαγομένους περιορῶσαν τοὺς σφετέρους ἄνδρας*;

2, 56, 7 *ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν . . ἀπαγομένων*; 2, 59, 1 *εἰς Κεγχρεὰς ἀπαχθῆναι καὶ στρεβλούμενον ἀποθανεῖν*; 9, 39, 3 *τὰ μὲν τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ἀπάγουσι Ῥωμαῖοι*. Supplemus *εἰς ἅλυσιν* vel *εἰς φυλακήν*, quod compluribus locis additur; 4, 76, 6 *εἰς τὴν ἅλυσιν ἀπῆγε*; inprimis duo loci sunt notandi, quibus eodem modo infinitivus *ἀπάγειν* ex verbo *κελεύειν* pendet et item agitur de seditione, cuius auctores in vincula coniciuntur: 5, 15, 9 *ὁ δὲ βασιλεὺς ὀργισθεὶς . . ἐκέλευσεν αὐτοὺς εἰς φυλακὴν ἀπαγαγεῖν* (cf. 5, 16, 3 *εἰς τὴν φυλακὴν ἀπαγαγεῖν*); 5, 27, 4 *ἀπαγαγεῖν ἐκέλευσεν τὸν Λεόντιον πρὸς τὴν ἀναδοχήν*. 5, 38, 7 *τῶν ἄλλων τῶν ὑπηγμένων εἰς τὰς φυλακάς* AB; *ἀπηγμένων* CDE; *ὑπάγειν* est apud Polybium succedere in aciem; apud alios scriptores legimus *ὑπάγειν εἰς δίκην*, nunquam *εἰς φυλακήν*. Itaque h. l. scriptura codicum deteriorum praeferenda est, praesertim cum de iisdem hominibus dicatur c. 39, 4: *τοῖς εἰς τὴν φυλακὴν ἀπηγμένοις τῶν ἀνδρῶν*. — Ut ad illum locum 1, 70, 3 revertar, Schanzius proposuit *ἀπαίρειν*; sed hoc verbum valet omnibus locis Polybianis abire, id est proficisci, atque semper locus, quem quis petit, additur: 1, 21, 8 *πρὸς τὸν Ἀννίβαν ἀπῆρεν*; 5, 2, 9 *ἀπῆρεν εἰς τὴν Χαλκίδα*; 2, 69, 11 *ἀπῆρε μετὰ τῶν φίλων εἰς Ἀλεξάνδρειαν* aliisque locis. Accedit, quod hoc vocabulo non satis explicatur animorum Africanorum irritatio.

2, 56, 14 *ἀλλ' ὅμως ἐὰν μὲν ἄρχων ἀδίκων χειρῶν πάθῃ τις τοῦτο* (sc. *τύπτεσθαι*), *δικαίως κρίνεται πεπονθέναι, ἐὰν δ' ἐπὶ διορθώσει καὶ μαθήσει ταὐτὸ τοῦτο γίνηται, προσέτι καὶ τιμῆς καὶ χάριτος οἱ τύπτοντες τοὺς ἐλευθέρους ἀξιοῦνται*. Phylarchum vituperat Polybius, quod res narrans non addat causas, ita ut is qui historiam legat, neque misereri neque irasci iure possit. Huius rei exemplum ex illo scriptore profert demonstrans verberationem hominum liberorum primo aspectu indignam videri, sed causa, cur fiat, allata probari, quin etiam laudari posse. Schweighaeuserus (Lex. s. v. *διόρθωσις*) hanc rem ad castigationem puerorum in scholis sedentium referendam esse censet. At quis illo tempore fuit, qui turpe et indignum haberet, quod pueri in schola verberarentur? Neque ludi magister munere suo fungens magna laude fruebatur. Et, quare adductus Phylarchus in mentionem poenae in scholis usitatae inciderit, haudquaquam perspicere possum. An apte de puerulo poena digno dicitur *ἄρχων ἀδίκων χειρῶν*? Hoc accommodatum est hominibus adul-

tis iniuriam inferentibus (cf. 2, 45, 6; 9, 35, 8 etc.); de pueris exspectes notionem pigritiae vel petulantiae. *Ἐλεύθεροι* autem non pueri sed liberi cives oppositi servis sunt intellegendi, quorum verberatio causa non allata *δεινόν τι* haberi possit: 6, 33, 1 *πάντας ἐλευθέρους ὁμοῦ καὶ δούλους*, 5, 61, 1 *ὁ βασιλεὺς συνεχώρησε δώσειν τοῖς ἐλευθέροις τὴν ἀσφάλειαν* et paulo post *οὐ μόνον ἐφείσατο τῶν ἐλευθέρων*; quin etiam 33, 10, 4 pueri et servi in eodem gradu ponuntur: *τῶν δὲ παίδων καὶ τῶν ἀπελευθέρων*. Quod si ita est, recte offendes in voce *μάθησις*. Apparet haec voluisse dicere Polybium: si homo scelestus poena afficitur, iure id patitur, sin autem hoc fit et adhibetur ad correctionem et emendationem scelerum, qui verberant, maxime laudandi sunt. Cui rerum contextui nihil aliud nisi *ἐπὶ . . μ ε τ α θ έ σ ε ι* respondet, quod ego recipiendum esse puto pro *μαθήσει*. Eandem sententiam scriptor alio loco exprimit: 5, 11, 5 *οὐ γὰρ ἐπ' ἀπωλείᾳ δεῖ καὶ ἀφανισμῷ τοῖς ἀγνοήσασι πολεμεῖν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀλλ' ἐπὶ δ ι ο ρ θ ώ σ ε ι κ α ὶ μ ε τ α θ έ σ ε ι τ ῶ ν ἡ μ α ρ τ η μ έ ν ω ν*. 3, 58, 4 *πολλὰ τῶν αὐτοῖς εἰρημένων εἰς διόρθωσιν ἂν καὶ μετάθεσιν ἤγαγον*. Saepissime haec verba coniunguntur vel singillatim adhibentur, velut 1, 35, 6 *χάριν τῆς τῶν ἐντυγχανόντων τοῖς ὑπομνήμασι διορθώσεως*, eadem res paulo post significatur *τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταθέσεως*. 5, 12, 3 *καὶ τὰ μὲν μετὰ μεγάλων ἐλαττωμάτων ποιεῖται τὴν διόρθωσιν, τὰ δὲ χωρὶς βλάβης πρὸς τὸ βέλτιον μετατίθησι τοὺς ἁμαρτάνοντας*; 5, 54, 13 *τοιαύτης ἔτυχε διορθώσεως καὶ καταστάσεως*, ubi *κατάστασις* non multo differt a significatione vocis *μετάθεσις*. 6, 16, 2 *ζητήσεις καὶ διορθώσεις τῶν ἁρμαρτανομένων*. 7, 12, 1 *τῆς ἐπὶ χεῖρον ὁρμῆς καὶ μεταθέσεως*. 11, 25, 10 *μετατίθεσθαι τὴν ἄγνοιαν*; 31, 17, 6 *σῴζειν καὶ μετατιθέναι τὰς φύσεις αὐτῶν πρὸς τὸ βέλτιον*; 3, 59, 8 *διορθωσάμενοι τὴν τῶν προγεγονότων ἄγνοιαν*. Ex omnibus his exemplis luculenter perspicitur, quam non *διόρθωσις* et *μάθησις* congruant. Uno loco inveni *μάθησις*, 1, 1, 2 *τὴν ἐκ τῆς ἱστορίας μάθησιν*, sed hic studium historiae intellegendum est.

2, 70, 2 *οὕτως ἀεὶ πόθ' ἡ τύχη τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων π α ρ ὰ λ ό γ ο ν εἴωθε κρίνειν· καὶ γὰρ τότε Κλεομένης εἴτε τὰ κατὰ τὸν κίνδυνον παρείλκυσε τ ε λ έ ω ς ὀ λ ί γ α ς ἡμέρας, εἴτ' ἀναχωρήσας ἀπὸ τῆς μάχης εἰς τὴν πόλιν ἐ π ὶ β ρ α χ ὺ τῶν καιρῶν ἀντεποιήσατο, διακατέσχεν ἂν τὴν ἀρχήν*.

H i r z e l i u s in eius libri, qui inscribitur „Untersuchungen zu Ciceros philosophischen Schriften", septima quaestione (tom. III) subtilius Polybii sententiam de *τύχη* pervestigavit ad eamque cognoscendam plurimum valere ait eum locum, qui est 37, 9, 2, quo scriptor quam maxime ad naturam rerum omnia revocari velit; quodsi fieri non possit, oportere vulgi opinionem sequentes (*ἀκολουθοῦντες ταῖς τῶν πολλῶν δόξαις διὰ τὴν ἀπορίαν*) propter inscitiam ad auctoritatem deorum refugere. Inde concludit Hirzelius Polybium, quocunque loco voce *τύχη* utatur, ipsum quidem sibi persuasisse de inanitate huius notionis, sed respicientem eos, qui scripta legant, se accommodasse ad vulgi errorem (p. 863 „nichts weiter als ein Anbequemen an die Anschauungs- und Ausdrucksweise des Volkes ist daher das Erwähnen der *τύχη*"). Mihi quidem verisimilius esse videtur Polybium initio de *τύχη* sententiam non distinctam neque apertam habuisse, sed ratione non reddita consuetudinem aetatis suae secutum esse; postremo autem, cum pravitate eorum scriptorum qui omnia ad fortunam rettulerunt, adductus ab opinionibus aetatis suae se solvere conaretur, quasi sui excusandi causa illam interpretationem notionis *τύχη* 37, 9, 2 protulisse. Sed inde minime intellegitur, num praeter id quod in natura fit, velut grandines, aestus, imbres, quorum causas homo Polybii sententia non perspicit, multae aliae res, quarum conexum non cognoscimus, ad *τύχην* revocandae sint. Inprimis e loco 15, 34, 2 apparet scriptorem in hac re sibi non constitisse. Sed ad illum locum emendandum 2, 70, 2 non refert, quid ipse senserit de fortuna, sed quali forma et habitu illa fortuna ab eo adumbrata sit; 1, 58, 1 *ὥσπερ ἀγαθὸς βραβευτὴς ἡ τύχη μεταβιβάσασα παραβόλως αὐτούς*; 1, 86, 7 *τῆς τύχης ὥσπερ ἐπίτηδες .. διδούσης* quasi consulto, quod vocabulum adhibetur de *τύχη* multis locis: 2, 4, 2 *τῆς τύχης ὥσπερ ἐπίτηδες . . ἐνδεικνυμένης τὴν αὑτῆς δύναμιν*; 20, 7, 2; 23, 10, 16 *τῆς τύχης ὥσπερ ἐπίτηδες ἀναβιβαζούσης ἐπὶ σκηνὴν ἐ ν ἑ ν ὶ κ α ι ρ ῷ τὰς συμφοράς*; 11, 5, 8. Quod Demosthenes Olynth. 2, 22 dicit: *μεγάλη γὰρ ῥοπή, μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον ἡ τύχη παρὰ πάντ' ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα*, et ipse Polybius probat statuitque magni momenti ad secundum rerum proventum assequendum esse fortunae auxilium: 2, 49, 7—8 *κἂν μὲν ἡ τύχη συνεπιλαμβάνηται, μὴ δεῖσθαι χρείας τῶν βοηθησόντων· ἂν δ' ἀντιπίπτῃ τὰ τῆς τύχης .., προσέχειν αὐτὸν παρεκάλουν τοῖς πράγμασιν, ἵνα μὴ πρόηται τοὺς καιρούς*; 11, 19, 5 *λαμπρᾶς ἐπιπνεούσης τῆς τύχης*; 15, 16, 6 *ταὐτόματον ἀντέπραξε*

ταῖς ἐπιβολαῖς; 16, 28, 2 τῆς τύχης ἀντιπιπτούσης; 25, 3, 9 ὅτε δὲ πάλιν τὰ τῆς τύχης ἀντέπνευσε. Hominem decet, qua est infirmitate et imbecillitate, potentiae fortunae non obsistere neque eam nimis periclitari; 21, 14, 4 οὐ τὴν τύχην λίαν ἐξελέγχειν ἀνθρώπους ὑπάρχοντας; nam 8, 22, 10 ὁρῶν τὸ δυσφύλακτον καὶ παράλογον τῶν ἐκ τῆς τύχης συμβαινόντων; 2, 37, 6 ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς μηδὲν ἐξηλλαγμένον ἀπηντῆσθαι μηδὲ παράλογον ὑπὸ τῆς τύχης. Sed τύχη etiam locum durae iustitiae obtinet, τύχη est δίκη, quae suum cuique tribuit, inprimis poenas ab hominibus scelestis sumit. 4, 81, 5 τῆς τύχης τὴν ἁρμόζουσαν αὐτοῖς ἐπιθείσης δίκην; 23, 10, 2 εἰ δίκην ἡ τύχη βουλομένη λαβεῖν ἐν καιρῷ παρ' αὐτοῦ πάντων τῶν ἀσεβημάτων; 24, 10, 3 κατὰ τὴν παροιμίαν ἔστι δίκης ὀφθαλμὸς ἧς μηδέποτε δεῖ καταφρονεῖν ἀνθρώπους ὑπάρχοντας; 27, 8, 4 δικαίως νεμεσήσειν τὸ δαιμόνιον; 37, 5, 2 τοῦτ' ἐστὶν ἴδιον ἐπιτήδευμα τῆς τύχης τὸ τοῖς αὐτῶν ἐπινοήμασι καὶ νομοθετήμασιν ἐξ ὑποστροφῆς αὐτοὺς ὑποβάλλειν τοὺς νομοθετήσαντας; 15, 6, 6 τὸ δὲ τέλος ὑπὸ τῆς τύχης οὔπω νουθετούμενοι μέχρι τούτου προβεβήκαμεν. Non semper τύχη nefarios poenis afficit, quas mortales iustas atque aptas iudicant, sed homines, qui gravissimis poenis sunt digni, fiunt magnorum bonorum participes 32, 19, 3 κάκιστος ὢν καλῶς κατέστρεψε τὸν βίον, ὥστε τοὺς πλείστους εἰκότως ὀνειδίζειν τῇ τύχῃ, διότι τὸ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἆθλον τὴν εὐθανασίαν τοῖς χειρίστοις ἐνίοτε περιτίθησιν; 15, 20, 5 εἰκότως τῇ τύχῃ μεμψάμενος ἐπὶ τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων ἐν τούτοις ἀντικαταλλαγείη; 16, 32, 5 μέμψαιτο τῇ τύχῃ, διότι τὰς μὲν τῶν προειρημένων συμφορὰς .... διωρθώσατο, περὶ δὲ Ἀβυδηνῶν τὴν ἐναντίαν εἶχε διάληψιν. Sed multae actiones fortunae ab homine non intelleguntur, cui optimum est quemcunque casum fortunae sedate et magno animo ferre: 6, 1, 5 ἀνδρὸς τελείου βάσανον, τὸ τὰς ὁλοσχερεῖς μεταβολὰς τῆς τύχης μεγαλοψύχως δύνασθαι καὶ γενναίως ὑποφέρειν. Ex omnibus locis, quibus Polybius de τύχη loquitur, quorum gravissimos attuli, apparet de scriptoris sententia fortunam saepius quidem contra vel supra rationem nostram (gegen unsere Berechnung) res hominum diiudicare; sed in discernendis summis rebus humanis scriptor id unum semper effert, brevissimo temporis puncto maximarum rerum momenta verti. Atque hanc sententiam eo loco, de quo quaerimus, 2, 70, 2 oratio desiderat; nam enuntiato particula γάρ instituto scriptor Cleomeni quasi exprobrat, quod non

per paucos dies (ἐν ὀλίγαις ἡμέραις) impetum traxerit neque ἐπὶ βραχύ in urbe se tenuerit; quod si fecisset, non futurum fuisse, ut imperio privaretur. Itaque coniciendum esse puto ἡ τύχη τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων παρ' ὀλίγον εἴωθε κρίνειν, quae coniectura multis exemplis comprobatur. Confer Polyb. frag. 16 οὕτω παρ' ὀλίγον σφάλλεται τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων τῶν ἡγουμένων ἀκρισίᾳ; 15, 6, 8 ἡ τύχη παρὰ μικρὸν εἰς ἑκάτερα ποιεῖ μεγάλας ῥοπάς (Hunc usum praepositionis παρά omisit Krebsius; vd. etiam 9, 7, 10 παρ' ὀλίγον = brevi); 2, 4, 4 ταῦτα πράττειν αὐτοῖς ἐκείνοις παρέδωκεν (ἡ τύχη) ἐν πάνυ βραχεῖ χρόνῳ κατὰ τῶν πολεμίων; 5, 26, 12 βραχεῖς γὰρ δὴ πάνυ καιροὶ πάντας μὲν ἀνθρώπους ὡς ἐπίπαν ὑψοῦσι καὶ πάλιν ταπεινοῦσι, παραπλήσιοι τοῖς ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψήφοις; 6, 43, 3 ὥσπερ ἐκ προσπαίου τινὸς τύχης σὺν καιρῷ λάμψαντας, τὸ δὴ λεγόμενον, ἔτι δοκοῦντας ἀκμὴν καὶ μέλλοντας εὐτυχεῖν, τῆς ἐναντίας πεῖραν εἰληφέναι μεταβολῆς; 9, 17, 10 οὕτως αἱ πολεμικαὶ πράξεις ἐν μικρῷ τὸ διαφέρον ἔχουσι τῆς ἐφ' ἑκάτερα ῥοπῆς τῶν ἐκβαινόντων; 11, 14, 4 ἰδεῖν γοῦν ἔστι πολλάκις τοὺς μὲν ἤδη δοκοῦντας πεπροτερηκέναι μετ' ὀλίγον τοῖς ὅλοις ἐσφαλμένους; 15, 20, 8 ἐν πάνυ βραχεῖ χρόνῳ τὴν .... βασιλείαν ἡ τύχη διώρθωσε. Livius, quem multa e Polybio hausisse constat, dicit 30, 30, 21: 'simul parta ac sperata decora unius horae fortuna avertere potest.'

3, 6, 1 τὰς αἰτίας ἡμῖν ὑποδεικνύναι, δι' ἃς Ῥωμαίοις καὶ Καρχηνδονίοις ὁ προειρημένος ἐνέστη πόλεμος; ita legimus in codicibus AB; ὑπέστη πόλεμος M; πόλεμος ἐνέστη inverso ordine verborum C; πόλεμος ἀνέστη DE.

Ex hac ipsa librorum varietate colligi potest in codice archetypo verbum non plane expressum esse, ita ut alii aliud vocabulum restituere conarentur. Arti criticae propositum est eam vocem reperire, quae et rei ipsi et sermoni Polybiano apta sit. Ut omittam ἀνέστη et ὑπέστη, quod nemo defendet, quamquam codex M parvulam partem verae scripturae tradidit, ne ἐνέστη quidem πόλεμος h. l. recte se habere puto; valet enim 'imminebat, instabat bellum'; 9, 37, 7 νῦν δὲ περὶ δουλείας ἐνίσταται πόλεμος τοῖς Ἕλλησι πρὸς ἀλλοφύλους ἀνθρώπους (active 32, 23, 8 πόλεμον ἐνστησάμενοι πρὸς τοὺς προειρημένους); participium perfecti idem significat ac praesens, quod nunc geritur 1, 75, 2 ὁ ἐνεστὼς πόλεμος; 1, 82, 8; 1, 83, 2 κατὰ τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον; quin etiam inveni 28, 17, 15 τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον Ἀν-

τιόχῳ καὶ Πτολεμαίῳ, sed hoc est praesens bellum, quod ab Antiocho et Ptolemaeo geritur. Sed ubi duae gentes, inter quas bellum conflatum est, ita nominantur, ut mutua ratio concertantium notetur, inprimis causis additis, quibus utraeque ad bellum adductae sint, Polybius semper verbum συνίστασθαι usurpat. 1, 3, 2 ὁ συστὰς Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πόλεμος, ὃν οἱ πλεῖστοι προσαγορεύουσιν Ἀννιβιακόν; 1, 13, 10 ὑπὲρ τοῦ πρώτου συστάντος πολέμου Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις περὶ Σικελίας; 1, 63, 4 ὁ μὲν οὖν Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις συστὰς περὶ Σικελίας πόλεμος; 1, 65, 8 τὰς αἰτίας .. κατανοήσειε, δι' ἃς ὁ κατ' Ἀννίβαν συνέστη Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πόλεμος. Paulo ante eum locum quem tractamus 3, 2, 1 ὑποδείξαντες τὰς αἰτίας, δι' ἃς ὁ προδεδηλωμένος συνέστη Καρχηδονίοις καὶ Ῥωμαίοις πόλεμος; 4, 1, 1 τὰς αἰτίας ἐδηλώσαμεν τοῦ δευτέρου συστάντος Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πολέμου; 3, 3, 6 τοὺς Εὐμένει συστάντας πρός τε Προυσίαν καὶ Γαλάτας πολέμους; 4, 52, 10 ὁ μὲν οὖν Ῥοδίοις καὶ Προυσίᾳ πρὸς Βυζαντίους συστὰς πόλεμος; 5, 31, 1 τὸν ὑπὲρ Κοίλης Συρίας Ἀντιόχῳ καὶ Πτολεμαίῳ συστάντα πόλεμον; 9, 31, 4 τὸν πρῴην συστάντα πόλεμον ἡμῖν πρὸς Μακεδόνας; 22, 8, 8 ἀρχαὶ πρόδηλοι τοῦ συστάντος Ῥωμαίοις καὶ Περσεῖ πολέμου: 25, 2, 15 τοῦ μὲν Εὐμένει καὶ Ἀριαράθῃ πρὸς Φαρνάκην συστάντος πολέμου; 35, 1, 1 πόλεμος ὁ Ῥωμαίων πρὸς Κελτίβηρας συσταθείς. Idem igitur verbum sine dubio 3, 6, 1 recipiendum est: τὰς αἰτίας ὑποδεικνύναι, δι' ἃς Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις ὁ προειρημένος συνέστη πόλεμος. —

3, 100, 1 ὁ στρατηγὸς Ἀννίβας . . . . . πυνθανόμενος παρὰ τῶν παρασκόπων. Hanc mendosam lectionem praebent AR; mutaverunt eam C et altera manus codicis E in κατασκόπων, quae vox tamen non congruit usui Polybiano; scribendum est παρὰ τῶν σκοπῶν. Subtilius enim et diligentius singulos locos exquirentes illud observavimus, in prioribus libris scriptorem Carthaginiensium speculatores constanter voce σκοποί significare, vix ob aliam causam, quam ut ab aliis, inprimis Romanis, distinguantur. 1, 53, 8 προσαγγειλάντων τῶν σκοπῶν πλῆθος . . . . συνεγγίζειν ἀναχθεὶς ἔπλει (sc. ὁ τῶν Καρχηδονίων ναύαρχος); 1, 54, 2 ὁ δὲ τῶν Καρχηδονίων ναύαρχος σημηνάντων τῶν σκοπῶν . . . . ἔπλει; 3, 96, 1 οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀσδρούβαν, σημαινόντων αὐτοῖς τῶν σκοπῶν; 10, 32, 4 τοῦ σκοποῦ σημήναντος de Carthaginiensium speculatore; 14, 3, 7 τοὺς κατασκόπους ἀνακαλεσάμενος sc. Publius dux Romanorum; iidem appellantur 3, 95, 8 διασαφούντων δὲ τῶν ἐπὶ τὴν κατασκοπήν; quae vox etiam in Carthaginiensibus dicitur, quia vox σκοπή iam non vim actionis speculandi habebat. In posterioribus tamen libris illud discrimen non servatur; 15, 5, 4 Carthaginiensium speculatores κατάσκοποι nominantur. — Coniecturas, quas ad 3, 6, 1 et 3, 100, 1 breviter altero volumine act. sem. Erlang. pg. 212 edidi, a Stichio in dubium vocatas (Philol. Anz. XIII pg. 827), nunc satis me confirmasse arbitror.

3, 103, 1 οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ προσπεσόντος σφίσι τοῦ γεγονότος * * * μειζόνως ἢ κατὰ τὴν ἀλήθειαν cod. A; ceteri lacunam omiserunt. Nisi librarius optimi codicis lacunam indicavisset, non dubitarem traditam scripturam προσπεσόντος σφίσι τοῦ γεγονότος (cf. 2, 8, 13) genuinam habere; nunc autem verisimile unum vocabulum intercidisse, quod nihil aliud esse potest nisi προτερήματος. Romam enim nuntius perfertur, quam prospero successu Marcus rem gesserit. Haec coniectura quantopere conveniat Polybii generi dicendi, multis exemplis illustratur. 1, 29, 4 ἐκ τοῦ γεγονότος προτερήματος; 1, 37, 5 τοῦ γεγονότος εὐτυχήματος φαντασίᾳ; 1, 41, 1 τοῦ δὲ προτερήματος τούτου προσπεσόντος εἰς τὴν Ῥώμην περιχαρεῖς ἦσαν; 1, 86, 2 διὰ τὸ γεγονὸς εὐτύχημα; 3, 20, 6 Ῥωμαῖοι δὲ, προσπεσόντος σφίσι τοῦ γεγονότος κατὰ τοὺς Ζακανθαίους ἀτυχήματος; 3, 96, 8 προσπεσόντος αὐτοῖς τοῦ γεγονότος ἐλαττώματος; 3, 85, 7 εἰς δὲ τὴν Ῥώμην προσπεσόντος ἤδη τοῦ γεγονότος ἀτυχήματος; 3, 97, 1 οἱ δ' ἐκ τῆς συγκλήτου πυθόμενοι τὸ γεγονὸς προτέρημα; 5, 55, 1 ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπαρθεὶς τῷ γεγονότι προτερήματι; 5, 74, 3 διὰ τὸ γεγονὸς ἀτύχημα; 5, 87, 3 ἀσμενίζων ἐπὶ τῷ γεγονότι προτερήματι. Non modo hunc usum scriptoris intuens 3, 103, 1 conicere velim τοῦ γεγονότος προτερήματος, sed etiam orationem Livii 22, 24, 11 'tamen in tam pari prope clade famam egregiae' victoriae cum vanioribus litteris magistri equitum Romam perlatam'.

6, 42, 4 ἐξ ὧν ἄστατον ὑπάρχειν συμβαίνει καὶ τὸν κατ' ἰδίαν καὶ τὸν κατὰ μέρος ἑκάστῳ τόπον τῆς στρατοπεδείας.

Hunc locum quamquam in act. sem. Erl. II p. 212 emendavi, tamen denuo tractare in animo est, quia emendationem meam impugnari video.

De ratione, quam adhibent castris collocandis Graeci et Ro-

mani, demonstrat Polybius, hos loca quam maxime idonea ad castra ponenda deligere, sed non ita ad regionem se accommodare, ut constituta forma castrorum commutetur, Graecos autem nihil nisi locum situ naturali quam maxime munitum respicientes eo procedere, ut non vereantur totam commutationem formae secundum condicionem regionis facere. Cum necessitate quadam inde efficitur, ut milites neque suum quisque locum noverint, cum primum castra ingressi sunt, neque universum ordinem publicorum locorum, neque τὰ μέρη neque τὴν τῆς ὅλης παρεμβολῆς θέσιν. Sed quid est ὁ κατ᾽ ἰδίαν καὶ μέρος ὁ κατὰ τόπος τῆς στρατοπεδείας? καὶ κατ᾽ ἰδίαν καὶ κατὰ μέρος paene eandem vim habent, quamquam particulae καὶ — καὶ contrarium quid desiderant. Quam autem sententiam Polybius explicare voluerit, maxime intellegitur ex antecedente capite extremo, quo castra Romanorum comparat cum urbe, in quam milites intrant, 41, 10: διακλίναντες ἀπὸ τῶν πυλῶν εὐθέως ἕκαστοι προάγουσι καὶ παραγίνονται πρὸς τὰς ἰδίας οἰκήσεις ἀδιαπτώτως, διὰ τὸ καθόλου καὶ κατὰ μέρος γινώσκειν, ποῦ τῆς πόλεώς ἐστιν αὐτοῖς ἡ κατάλυσις. Idem desiderat continuatio seriesque rerum in loco, quem tractamus. Nam cum apud Graecos castra ad loci naturam aptentur ob eamque rem variam formam alibi aliam habeant, sequitur, ut militibus neque universa discriptio castrorum nota sit, velut ubi praetorium, forum, quaestorium, exitus, neque locus, ubi suum cuique tentorium ponendum sit. Id satis demonstrat veram et necessariam esse coniecturam καὶ τὸν καθόλου καὶ τὸν κατὰ μέρος ἑκάστῳ τόπον τῆς στρατοπεδείας. Lectio codicum e duabus formulis conflata esse videtur, quarum altera est καθόλου καὶ κατὰ μέρος, altera κοινῇ καὶ κατ᾽ ἰδίαν; fieri potest, ut librarius altera formula superscripta illam depravationem et perversitatem effecerit. Polybius, quo erat studio rem quam maxime perspicue illustrandi, multus erat in his formulis quas philosophi excogitaverant usurpandis: 1, 4, 10 συμβάλλεσθαι τὴν κατὰ μέρος ἱστορίαν πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἐμπειρίαν καὶ πίστιν; 1, 16, 11 ἔν τε τοῖς κατὰ μέρος καὶ τοῖς καθόλου πράγμασι; 1, 33, 11 καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρος; 1, 84, 7 ἐν ταῖς κατὰ μέρος χρείαις . . . . ἐν τοῖς ὁλοσχερέσι κινδύνοις; 5, 31, 7 καὶ κατὰ μέρος καὶ καθόλου; 5, 22, 1 τῆς Σπάρτης τῷ μὲν καθόλου σχήματι περιφεροῦς ὑπαρχούσης καὶ κειμένης ἐν τόποις ἐπιπέδοις, κατὰ μέρος δὲ περιεχούσης ἐν αὑτῇ διαφόρους ἀνωμάλους καὶ βουνώδεις τόπους. Ubi

sententia aliam notionem recipit, varietatis causa aliae pro una alterave voces substituuntur. 2, 30, 7 καὶ καθόλου καὶ κατ᾽ ἄνδρα; 6, 31, 10 τὸ μὲν σύμπαν σχῆμα . . . . τὰ δὲ κατὰ μέρος; 10, 21, 7 κατὰ μέρος . . . κεφαλαιωδῶς. Alia formula est καὶ κοινῇ καὶ κατ᾽ ἰδίαν: 1, 11, 2 περὶ τοῦ κοινῇ συμφέρειν τὸν πόλεμον καὶ κατ᾽ ἰδίαν ἑκάστοις; 2, 33, 1 ποιεῖσθαι τὸν ἀγῶνα κοινῇ καὶ κατ᾽ ἰδίαν ἑκάστους; 2, 37, 11 καὶ κοινῇ καὶ κατὰ πόλεις; 3, 31, 10 καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ, ubi Dindorfius coniecit κατ᾽ ἰδίαν; sed coniectura non necessaria est; confer 2, 8, 8 κοινῇ ἔφη . . ., ἰδίᾳ γε μὴν; 4, 30, 5 καὶ γὰρ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ; 4, 60, 4 τὰς μὲν κοινὰς ἐπιφορὰς τοῖς Ἀχαιοῖς μὴ συντελεῖν, ἰδίᾳ δὲ συστήσασθαι μισθοφόρους; 22, 11, 7 τοῦ ἰδίᾳ συμφέροντος; 24, 4, 3 τοῖς τε ἰδίᾳ φίλοις . . . . καὶ τῇ συγκλήτῳ κατὰ κοινόν. Cum autem formulae eandem fere vim habeant, nonnullis locis fit, ut inter se commisceantur et articuli sibi respondentes utriusque formulae opponantur; 12, 6b, 9 τῆς κατὰ κοινὸν ἐξαποστολῆς εὐλόγως οὐ μετέσχον, κατὰ δὲ μέρος τὰς ἐπανόδους ποιούμενοι. Quid? quod κατὰ μέρος et κατ᾽ ἰδίαν conveniunt atque congruunt 18, 22, 5 καθ᾽ ὅσον ἐν τοῖς πεζικοῖς ἐλλιπεῖς εἰσι . . . πρὸς τοὺς ὁλοσχερεῖς ἀγῶνας, κατὰ τοσοῦτον τοῖς ἱππικοῖς διαφέρουσι . . ἐν τοῖς κατὰ μέρος καὶ κατ᾽ ἰδίαν κινδύνοις; praeterea 4, 8, 9 τῆς γε πολεμικῆς χρείας τῆς κατ᾽ ἄνδρα μὲν καὶ κατ᾽ ἰδίαν εὐχερεῖς καὶ πρακτικοί, κοινῇ δὲ καὶ μετὰ πολεμικῆς συντάξεως ἄπρακτοι; 8, 4, 11 διὰ τῆς τῶν κατὰ μέρος συντάξεως ἐμπειρίαν ποιήσασθαι τῆς καθολικῆς ἱστορίας. Sed illa copulatio, quam 6, 42, 4 in codd. edd. legimus, καὶ κατ᾽ ἰδίαν καὶ κατὰ μέρος, ubi κατ᾽ ἰδίαν, ut res postulat, opponitur voci κατὰ μέρος, nullo modo defendi potest. —

6, 57, 4 ὥστε τοὺς δυναμένους τὰς ἀρχὰς τῷ τέλει συνάπτειν τῆς ἐνεστώσης * * * * ως κἂν αὐτοὺς ἤδη προειπεῖν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος. F^2 ἐνεστώσης ὑποθέσεως et omnes editores; lectio autem vulgata quam perversa sit, subtilior distinctio notionis demonstrat, quae inest voci ὑπόθεσις. Est enim materia vel argumentum, quod subest dissertationi, non dissertatio ipsa, quae vocabulo διήγησις exprimitur. Simulatque de nova parte materiae agitur, nova disputatio, διήγησις, incipit, ὑπόθεσις autem omnibus locis per totam disputationem eadem est, ita ut non de una parte orationis ἡ ἐνεστῶσα ὑπόθεσις dici possit, quae sit priori opposita. Optime autem hoc cadit in vocem διήγησις, quae illo loco, de quo disputamus, vocabulo ὑποθέ-

σεως substituenda est. Exempla reperies permulta: 5, 31, 2 αἱρούμενοι δὲ τὴν τοιαύτην ἐπίστασιν καὶ διαίρεσιν τῆς ἐνεστώσης διηγήσεως; 10, 21, 7 δῆλον ὡς ἐν τῇ νῦν ἐξηγήσει, quod idem est ac διήγησις; 21, 33, 1 ὑπὲρ οὗ νῦν ἐνιστάμεθα τὴν διήγησιν; 1, 64, 2 ὅταν ἐπὶ τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν τῆς πολιτείας ἔλθωμεν; 3, 39, 1 τὸ συνεχὲς τῆς προκειμένης ἡμῖν διηγήσεως; 5, 111, 9 τῆς διηγήσεως λήξομεν; 7, 12, 1 ἐπιστήσας τὴν διήγησιν; 7, 13, 3 ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς διηγήσεως ἐπέστημεν; 16, 39, 5 ὑπερθησόμεθα τὴν διήγησιν.

13, 7, 4 ὁπότε δέ τινας τῶν πολιτικῶν ἀνακαλέσαιτο βουλόμενος εἰσπρᾶξαι χρήματα, τὰς μὲν ἀρχὰς διετίθετο λόγους πλείονας καὶ φιλανθρώπους ὑποδεικνύων μὲν τὸν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἐπικρεμάμενον τῇ χώρᾳ καὶ τῇ πόλει φόβον, διασαφῶν δὲ τὸ πλῆθος τῶν μισθοφόρων τὸ τρεφόμενον τῆς ἐκείνων ἀσφαλείας χάριν, ἔτι δὲ τὰς εἰς τοὺς θεοὺς καὶ τὰς κοινὰς τῆς πόλεως δαπάνας. Agitur de tyranno Nabide, qui a civibus pecuniam petiturus enumerat singulas res, ad quas geredas magna sibi pecunia opus sit; cum impetus Achaeorum immineat, magnum numerum mercennariorum esse sustentandum; accedere magnificentiam et sumptum, qui fiat in sacra vel templa adornanda. Sed quid est τὰς κοινὰς τῆς πόλεως δαπάνας? Quod non alio modo interpretari possis, nisi communes vel publicos sumptus urbis. Scripturam codicum si tenemus, perspici non potest, quamobrem sumptus in deorum sacra facta a publicis impensis distinguantur, praesertim cum apud antiquos cultus deorum habitus sit summum munus rei publicae. Deinde sententia aliam lectionem requirit; Nabis enim a civibus quam plurimas opes postulat atque ad has assequendas enumerat, quas impensas ipse insumpserit, non quas res publica. Itaque emendandum: τὰς εἰς τοὺς θεοὺς καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως δαπάνας; τὰ κοινὰ τῆς πόλεως nos dicimus das Gemeinwesen; confer 1, 59, 6 διὰ τὴν τῶν προεστώτων ἀνδρῶν εἰς τὰ κοινὰ φιλοτιμίαν; 5, 90, 3 μεγάλην ἐπίδοσιν εἴληφε περί τε τοὺς κατ᾽ ἰδίαν βίους καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως; 5, 90, 5 τῆς Ῥοδίων περὶ τὰ κοινὰ προστασίας; 6, 56, 8 εἴς τε τοὺς κατ᾽ ἰδίαν βίους καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως; 9, 10, 14 Ῥωμαῖοι δὲ μετακομίσαντες τὰ προειρημένα (imagines, ornamenta etc.) ταῖς μὲν ἰδιωτικαῖς κατασκευαῖς τοὺς αὑτῶν ἐκόσμησαν βίους, ταῖς δὲ δημοσίαις τὰ κοινὰ τῆς πόλεως; 15, 23, 10; 20, 6, 1; 27, 15, 7; 39, 8, 6. Notiones τοὺς θεούς et τὰ κοινὰ τῆς πόλεως ita disiungi et in-

ter se opponi videre licet inprimis e simili loco, quo de rege Antiocho dicitur 26, 1, 10: ἐν δὲ ταῖς πρὸς τὰς πόλεις θυσίαις καὶ ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς πάντας ὑπερέβαλλε τοὺς βεβασιλευκότας.

22, 3, 1 μετὰ τὴν ἐν τῷ Κομπασίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐπαναίρεσιν δυσαρεστήσαντές τινες τῶν ἐν τῇ Λακεδαίμονι τοῖς γεγονόσι καὶ νομίσαντες ὑπὸ τοῦ Φιλοποίμενος ἅμα τὴν δύναμιν καὶ τὴν προστασίαν καταλελύσθαι τὴν Ῥωμαίων ἐλθόντες εἰς Ῥώμην κατηγορίαν ἐποιήσαντο.

Pro Ῥωμαίων esse restituendum Λακεδαιμονίων censeo. Bello inter Nabidem et Achaeos exorto Philopoemen Nabidem vicerat et audita caede tyranni profectus Lacedaemonem, cum omnia turbata metu invenisset, societati Achaeorum Lacedaemonios adiunxit (Liv. 35, 37, 1—3). Sed Lacedaemonii imperium illorum aegre ferentes, quamquam in fidem Achaeorum tutelamque bello antea cum Achaeis contra Nabidem confecto Laconicae orae castella et vicos tradiderant et postremo foedere inito illis rursus adiudicaverant, tamen vicum maritimum nomine Lan ex improviso occupaverunt. Philopoemen censuit, ut, nisi qui auctores illius rei essent Achaeis dederentur, violatum foedus haberetur. Atque ille suo iure hoc fecit; sed Lacedaemoniis, quos iam dudum illius societatis pertaesum erat, placuit, ut hac occasione data se solverent principatu Achaeorum. Philopoemen bello indicto Lacedaemonem aggressus noxios, qui postremo a Lacedaemoniis traditi sunt, in castris apud Compasium ad supplicium adduxit. Deinde illis imperatum est, ut muros diruerent, ut externi auxiliares excederent Lacedaemone, ut Lycurgi leges moresque abrogarent. Liv. 38, 30—35. Haec indignantes nonnulli Lacedaemonii Romam legatos miserunt et accusaverunt Philopoemenem. Cui rerum condicioni quomodo apta est codicum scriptura νομίσαντες ὑπὸ τοῦ Φιλοποίμενος ἅμα τὴν δύναμιν καὶ τὴν προστασίαν καταλελύσθαι τὴν Ῥωμαίων? Nihil pertinebat ad Romanos, ita ut eorum potestas deleta diceretur. Philopoemen Lacedaemonios poena affecit, quod foedus rupissent, eaque poena, quae quamquam severa, tamen iusta esset, potentiam autem Romanorum minima ex parte minueret. Neque enim Romani iam tum principatum rerum Graecarum ita tenebant, ut illam cladem Lacedaemoniorum sui ipsorum principatus deminutionem interpretarentur, neque προστασία idem valet apud Polybium ac principatus (Vorsteherschaft), quem

scriptor vocat *ἡγεμονίαν* 1, 63, 9; *προστασία* est auctoritas vel magnificentia 7, 10, 3 *κατὰ τὴν τοῦ λοιποῦ βίου προστασίαν*; 31, 25, 1 *οἱ Ῥόδιοι σῴζοντες τὴν τοῦ πολιτεύματος προστασίαν*. Quodsi potentia Romanorum laesa esse videretur, tamen nimium esset dicere *τὴν δύναμιν καὶ τὴν προστασίαν καταλελύσθαι* Philopoemenis rebus gestis. At non modo ex rerum statu scriptura codicum defendi non potest, sed etiam quae sequuntur maxime contraria sunt; cfr. 22, 10, 6, ubi legati Achaeorum in concilio sententiam Romanorum recitant: *καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἀνέγνωσαν, ἐξ ὧν ἦν λαμβάνειν ἐκδοχήν, ὅτι δυσαρεστοῦνται μὲν τῇ τῶν τειχῶν καθαιρέσει καὶ τῇ καταλύσει τῶν ἐν τῷ Κομπασίῳ διαφθαρέντων, οὐ μὴν ἄκυρόν τι ποιεῖν*; quod Romani haudquaquam respondissent, si suam ipsorum potestatem minutam putassent. Idem pertinet ad verba Caecilii, qui e Macedonia advenerat: 22, 13, 2 *φάσκων αὐτοὺς* (Philopoemenem) *βαρύτερον καὶ πικρότερον τοῦ δέοντος κεχρῆσθαι τοῖς Λακεδαιμονίοις*. Philopoemen respondet 13, 8 *ποικίλους διαθεμένων λόγους ὑπὲρ τοῦ καλῶς μὲν διῳκῆσθαι τὰ κατὰ τὴν Σπάρτην καὶ συμφερόντως αὐτοῖς μάλιστα τοῖς Λακεδαιμονίοις*. 21, 41, 3 de Philopoemene: *καλὸν γὰρ τὸ κατάγειν τοὺς αἰχμαλώτους φυγάδας εἰς τὴν Σπάρτην, συμφέρον δὲ τὸ ταπεινῶσαι τὴν τῶν Λακεδαιμονίων πόλιν*. Nusquam sermo incidit in illud, quod, si codicum scripturam sequaris, Philopoemeni nonnulli Lacedaemonii exprobrant. Inprimis autem sententia mea confirmatur loco 22, 16, 2, quo eorum legatorum, qui, quod Philipoemen egerat, aegre ferentes eum Romae accusaverunt, mentio fit. Philopoemenis legati defendunt eum: *ὡς ἀδύνατον εἴη τὸ παράπαν ἄμεινον χειρισθῆναι τὰ κατὰ τὴν Σπάρτην ἢ νῦν κεχείρισται*. Sequuntur verba: *τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀρέα* (dicuntur legati Lacedaemoniorum) *τἀναντία πειρωμένων λέγειν καὶ φασκόντων πρῶτον μὲν καταλελύσθαι τὴν τῆς πόλεως δύναμιν ἐξηγμένου τοῦ πλήθους μετὰ βίας, εἶτ᾽ ἐν αὐτοῖς ἐπισφαλῆ καὶ ἀπαρρησίαστον καταλείπεσθαι τὴν πολιτείαν*. Illius rei, quam, si codicum auctoritatem tenemus, Philopoemeni crimini dant, omnino nullam mentionem faciunt. Non minus plane ostendit Livius Polybium non cogitare de *δυνάμει καὶ προστασίᾳ τῶν Ῥωμαίων*, sed solum *τῶν Λακεδαιμονίων*. Ille enim postquam cladem apud Compasium factam et eversam Lacedaemonem narravit, addit 38, 34, 9: per haec velut enervata civitas Lacedaemoniorum diu Achaeis obnoxia erat. 38, 31, 1 Philopoemen nominatur

auctor semper Achaeis minuendi opes et auctoritatem Lacedaemoniorum, quod est *καταλύειν τὴν δίναμιν καὶ προστασίαν τῶν Λακεδαιμονίων*; 39, 33, 6 Lacedaemoniis deplorantibus . . ademptas, quibus ad eum diem stetisset civitas, Lycurgi leges; deinde Appius ad rem administrandam in Graeciam profectus concilium Achaeorum adiit et fere haec dicit (39, 36, 3), quae apud senatum questi erant Lacedaemonii, displicere senatui caedem ad Compasium factam, muros dirutos, leges vetustissimas abrogatas; sed de violata Romanorum potentia nihil affert.

Haec omnia luculento documento sunt necessariam esse coniecturam illam, quam proposuimus 22, 3, 1 *ἅμα τὴν δύναμιν καὶ τὴν προστασίαν καταλελύσθαι τὴν Λακεδαιμονίων*. Facile ex enuntiato *ἐλθόντες εἰς Ῥώμην κ.τ.λ.* vel ex eo, quod vocabulum *προστασία* non recte intellectum est, perversitas lectionis *τῶν Ῥωμαίων* exorta esse videtur.

30, 21, 7 *πλὴν ἥ γε σύγκλητος καὶ τὴν Δῆλον αὐτοῖς ἔδωκε καὶ τὴν Λῆμνον· καὶ τὰ μὲν κατὰ τοὺς Ἀθηναίους τοιαύτην ἔσχε διάθεσιν*. Post *Λῆμνον* addenda esse censeo verba *καὶ τὴν τῶν Ἁλιαρτίων χώραν*.

Haliartus, quae in bello Romanorum adversus Perseum gesto ab illius partibus steterat (Polyb. 27, 1, 8), bello confecto summa contentione Romanorum capitur et a fundamentis diruitur (Liv. 42, 63). Deinde Athenienses a Romanis petierunt, ut oppidum restitueretur, quod Polybius narrat ineunte hoc capite *ὑπὲρ τῆς τῶν Ἁλιαρτίων σωτηρίας*. Sed repulsam tulerunt, quia Romani urbem, cui capiendae tantopere cogerentur operam dare, in pristinam condicionem restituere ineptum putabant. Quod responsum cum Athenienses praevidissent, legatis altera postulatio mandata erat, ut terra quidem Haliartiorum et Delus et Lemnus sibi dederentur. Quod attinebat ad Delum et Lemnum, Polybio has insulas, quas prius possidebant, suo iure postulare videbantur; sed quod Haliarti terram petierunt, maximam Polybii indignationem concitavit: *δῆλον ὡς οὐδενὶ μὲν ἂν δόξαι τῶν Ἑλλήνων καθήκειν, ἥκιστα δὲ τῶν ἄλλων Ἀθηναίοις*; hoc enim contendisse eos antiquitus, suae terrae omnes participes facere et libertatis omnium patrocinium suscipere, nunquam alios in suam dicionem redigere. Atheniensium postulationi Romani, ut Polybius censet, satisfacere non debuerunt; sed tamen iis senatus obsecutus est, quod apparet e particula *πλήν*, quae

significat sententiam praecedenti contrariam. Nec silentio scriptor praeteriisset, si Romani Atheniensibus Haliartum non concessissent, quod profecto factum esse demonstrat alterum fragmentum 27, 21, 8 *καὶ τὴν μὲν Λῆμνον καὶ τὴν Δῆλον κατὰ τὴν παροιμίαν τὸν λύκον τῶν ὤτων ἔλαβον . . . . . ἐκ δὲ τῆς τῶν Ἁλιαρτίων χώρας ὄνειδος αὐτοῖς μᾶλλον ἢ καρπός τις συνεξηκολούθησεν.* Dixerit quis Polybium alio loco, quem codices non habeant, de hac re scripsisse. Sed contra dicendum videtur comprehensione *καὶ τὰ μὲν κατὰ τοὺς Ἀθηναίους τοιαύτην ἔσχε διάθεσιν* scriptorem declarasse, se quidquid de Atheniensium rebus narrare voluisset, ad exitum perduxisse.

8, 23, 5 *ταχὺ δὲ καὶ τοῦ κήρυκος παραγενομένου πρὸς τὴν Λαοδίκην καὶ διασαφοῦντος τὰ περὶ τὸν Ἀχαιὸν καὶ κελεύοντος τίθεσθαι τὰ πράγματα . . ., τὸ μὲν πρῶτον ἀναπόκριτος οἰμωγὴ καὶ θρῆνοι παράλογοι κατεῖχον τοὺς περὶ τὴν ἀκρόπολιν.*

Achaeus praefectus, cum a rege Antiocho defecisset, Sardibus ab eo obsidebatur et postremo per dolum captus crudelissime necatus est. Quam rem cum nuntius uxori Laodicae attulisset idemque postularet, ut se Antiocho dederent, primo in arce omnia lamentationibus et questibus ab omni ratione abhorrentibus completa sunt; deinde socii Achaei cum deliberarent, quid facerent, maxime dubii erant. Ad hunc rerum conexum quomodo verba tradita *ἀναπόκριτος οἰμωγή* apta sunt? Significatio passiva, qua Polybius saepius utitur, 4, 34, 1 *πρέσβεις ἀναποκρίτους ἀπέστειλαν*; 15, 2, 4 *τοὺς πρέσβεις ἀναποκρίτους ἐξαποστέλλειν;* 22, 10, 13, hoc loco intellegi non potest, quam ob rem Schweighaeuserus activam quandam vim huius adiectivi statuit, quamquam in nullo scriptore alio invenitur. Sed quid valet *ἀναπόκριτος οἰμωγή*, lamentatio, quae responsum non dat? Neque enim nuntius, cui prae lacrimis respondere non poterant, loco rei obiectae cogitari neque illud enuntiatum maiorem quendam gradum lamentationis significare potest; denique in sententiam sequentem minime quadrat. Mihi quidem scribendum esse videtur *ἀδιάκριτος οἰμωγή*, quae est lamentatio confusa „verworren". Polybius hoc vocabulum de sermone confuso mercennariorum usurpavit 15, 12, 9 *ἀδιάκριτον ἐποίουν τὴν φωνὴν καὶ παρηλλαγμένην*; saepius eandem vim habet *ἄκριτος*; cfr. 15, 31, 1 *ἦν μὲν ἄκριτος ἡ κραυγή*; 39, 16, 5 *ἄκριτα πάντ' ἂν ἦν καὶ πολλῆς γέμοντα ταραχῆς;* inprimis substantivum *ἀκρι-*

σία perturbationem significat 4, 25, 6 *θορύβου ὄντος καὶ πολλῆς ἀκρισίας.*

Postremo non praetermittendum videtur, quod in Act. Sem. Erlang. Vol. III p. 398 locum Polybianum, qui est XII 12^b, 2 (ed. Hultsch.): *Ἐκεῖνος* (Timaeus) *γὰρ κόλακα μὲν εἶναί φησι τὸν Καλλισθένην τοιαῦτα γράφοντα καὶ πλεῖστον ἀπέχειν φιλοσοφίας, κόραξί τε προσέχοντα καὶ κορυβαντιώσαις γυναιξί, δικαίως δ' αὐτὸν ὑπ' Ἀλεξάνδρου τετευχέναι τιμωρίας κ. τ. λ.*, ita emendavimus, ut pro *κόραξι* scriberemus *κόρδαξι*, quam scripturam viris doctis probari videmus.
